



Universitätsbibliothek Paderborn

Reverendissimi Ac Illustrissimi D.D. Antonii Godeau Episcopi Venciensis Viri Celeberrimi Theologia Moralis

Ex Purissimis Sacrae Scripturae, Patrum Ac Conciliorum Fontibus Derivata,
Notis Theologicis Illustrata, Duasque In Partes Divisa

Complectens Tractatus I. De Fontibus Doctrinae moralis. II. De praecipuis
ejusdem Fundamentis. III. De Peccatis. IV. De Legibus. V. De summario
dilectionis Praecepto. VI. De primo decalogi Praecepto. VII. De secundi
decalogi Praecepto

Godeau, Antoine

Augustae Vindelicorum, 1774

Tractatus III. De Peccatis in genere & in specie.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53562](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53562)



TRACTATUS III.

DE
PECCATIS IN GENERE
ET IN SPECIE.

SECTIO I.

DE
PECCATIS IN GENERE.

CAPUT I.

Peccati notio, & conditiones exponuntur.

Plures peccati definitiones Sanctus Augustinus affert. *Peccatum, inquit, est voluntas retinendi vel consequendi id quod iustitia vetat, & unde liberum sit abstinere. Peccare nihil est aliud, quam neglectis æternis temporalia sectari. Peccatum est hominis inordinatio & perversitas, idest a præstantiore conditore aversio, & ad condita inferiora conversio, Peccatum est legis transgressio. Verum definitiones istæ omnes hæc, quæ principalis est, comprehenduntur: Peccatum est dictum, vel factum, aut concupitum contra legem æternam (lib. 2. contra Faustum c. 27.). Non ait contra legem Dei, aut contra rationem, sed contra legem æternam, quæ est Dei ipse ratio, ut jam docuimus: quo*

leges omnes continentur, five naturalis, five positiva a Deo tradita, five humana, tunc enim istæ vim legis habent, cum ad legem æternam referuntur, illique sunt conformes. Lex ista æterna præcipit, ut homo ad Deum pergat, & in Deo delectetur, non in seipso, aliave creatura. Definitio, quæ in Scholis communiter traditur, in idem redit. Peccatum est, inquiunt Doctores, a Deo aversio, & conversio ad creaturam; Deus enim tantum, aut creatura amari possunt: quo autem creaturæ plus minusve adhæremus, magis, aut minus peccamus. Hæc lex æterna, ordinem servari jubens, & perturbari vetans, Christianos compellit ad parendum Ecclesiæ legitimorumque Superiorum præceptis, quæ dum violantur, peccatur.

Nullum existit peccatum, quin sit voluntarium (a). *Usque adeo*, (inquit Sanctus Augustinus

nus

(a) Voluntarii notionem (sicut multas alias) Author ex Theologia, & Ethica naturali haustas supponit. Philosophis ille actus est *voluntarius*, qui procedit a principio intrinseco cum cognitione finis. Quodsi talem actum indifferentia iudicii ex parte intellectus præcessit, actus nædum voluntarius; sed & liber erit. *Indifferentia* iudicii illum actum præcessisse reputatur, cujus objectum ceu bonum particulare, ac imperfectionibus mixtum, adeoque absolute vel amore vel odio dignum voluntati intellectus proposuit, aut saltem proponere potuisset; si vero objectum ceu universale, ac purum bonum, nullis imperfectionibus conspersum voluntati fuerit præsentatum, voluntas non libere, sed necessario in illud ruet.

nus lib. 3. de lib. arbitr. c. 18. & de vera Relig. c. 14.) peccatum voluntarium malum est, ut nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium. Igitur post primum Adæ peccatum liberum arbitrium in homine mansit, viribus licet attenuatum & inclinatum, ut Tridentinum Concilium loquitur post secundum Arausicanum. Quamobrem idem sanctus Doctor ait, a se traditam definitionem peccati, unde liberum sit abstinere, proprie loquendo ad primum dumtaxat peccatum pertinere ab Adamo commissum, cujus sana prorsus erat voluntas, non ad posteriorum illius peccata, quorum voluntas sibi in se ipsi relicta corrupta est, & concupiscentiæ subiecta, & quæ non solum peccata sunt, sed etiam pœna peccati. *Ista definitio, (inquit Augustinus lib. 1. oper. imperf. c. 104.) peccati ejus est, quod peccatum tantummodo est, non quod etiam pœna peccati.* Quare juxta Augustinum non est necesse, ut hominis voluntas ita sit libera, quemadmodum erat in Adam. In illo enim nullis concupiscentiæ motibus ad malum urgebatur; fiebant tunc omnia per illam, nihil

Unde voluntarium in liberum & necessarium communiter dispescitur; non hoc, sed illud ad peccandum vel merendum sufficit. Urbanus VIII. id clare docuit, dum anno 1641. hanc numero tertiam in Jansenio damnavit propositionem: *Ad merendum, & demerendum in statu nature lapsæ non requiritur in homine libertas a necessitate; sed sufficit libertas a coactione. i. e. nuda voluntarietas necessaria.*

Alias actus voluntarii, & liberi divisiones apud obvium Authorem Scholasticum invenies.

nihil propter illam; poterat tunc ad Deum tolli, atque in illum veluti finem suum ferri pulcherrimis & liberrimis pennis. At in ejus filiis concupiscentiæ & peccati jugo subjacet voluntas, ut queritur Apostolus: *Viduo aliam legem captivantem me in lege peccati (Rom. 7.): sine medicinali Jesu Christi gratia concupiscentiæ tantum servit, & in creaturas, atque in omne peccatum fertur.* Attamen cum peccant homines concupiscentiam sectantes, illique morem gerentes, libere peccant; peccant enim propter peccandi voluptatem, a qua abstinere possent, si vellent. *Libere arbitrium* (inquit sanctus Augustinus lib. 1. ad Bonif.), *usque adeo in peccatore non perit, ut per illud peccent maxime omnes, qui cum delectatione peccati peccant.* Porro adest libertas, ubi actionis causa est voluptas. Hæc vero voluntas abstinendi a peccato, non ab homine, sed a Deo proficiscitur, qui pro libitu suo illam impartitur. *Sed hanc quoque, (ait Augustinus lib. 2. Retract. cap. 1.), ad bene vivendum de super accipimus potestatem, cum præparatur voluntas a Domino. Semper in nobis voluntas est libera, sed non semper bona.*

Nunc, (inquit Augustinus de Nat. & grat. c. 43.), *de illo agitur, quem semivivum latrones reliquerunt, qui gravibus saucius, confossusque vulneribus non ita potest ad justitiæ culmen ascendere, sicut potuit inde descendere; nisi prius a pio Samaritano sanetur.*

Quatuor sunt potentie animæ, (ait S. Thomas I. 2. quæst. 85. art. 3.), *quæ ut virtutum ita*

Et vitiorum subiecta esse possunt, pro quarum debito ordine per peccatum destitutarum, (quæ destitutio vulneratio naturæ dicitur) numero quatuor naturæ vulnera, ignorantia in intellectu, malitia in voluntate, infirmitas in irascibili, Et concupiscentia in concupiscibili, convenienter enumerantur.

Ad bene agendum gratia modo egemus, que nos sanet & roboret, ad male vero agendum integra in voluntate mansit libertas. Id docet Apostolus inquit: *Cum servi essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Nunc vero liberati a peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in^o sanctificationem (Rom. 6.).* Hæc ad male agendum libertas est vera servitus, quem admodum iustitiæ servitus est vera libertas. Sanctum Augustinum Pelagiani accusabant, quasi Manichæorum renovaret errorem, & voluntatem substantialiter malam esse doceret; quia constanter & invariabiliter docebat, post Adæ peccatum sine Jesu Christi gratia non posse in homine liberum arbitrium bonum agere. Illis responderet, hominem, cui bona creatura est, sed mutabilis, in deterius propria voluntate esse mutarum; hinc ejus natura vitiata & corrupta serva facta est, non alterius substantiæ, ut blasphemabant Manichæi, sed peccati sui. *Qui facit peccatum, (inquit Dei Filius Joan. 8.), servus est peccati. A quo quis superatus est, hujus Et servus est (2. Petr. 2.).* Petri Apostoli, ait sanctus Augustinus, est ista sententia, quæ cum vera sit, qualis, quæso, potest esse servi addicti libertas, nisi
quam

quando cum peccare delectat? Liberaliter enim servit, qui domini sui voluntatem libenter facit, ac per hoc ad peccandum liber est, qui peccati servus est. Unde ad juste faciendum liber non erit, nisi a peccato liberatus, esse justitiæ cæperit servus. Hanc vero libertatem sola gratia largitur: Quod antequam fieri in homine incipiat, quomodo quis de libero arbitrio in bono opere gloriatur? Duo igitur extrema in hac materia sunt vitanda: primum, ne libero arbitrio nimium tribuatur, quæ est Pelagianorum hæresis; aliud, ne nimium vis ejus imminuatur; quæ Lutheranorum & Calvinistarum hæresis est. Inter utrumque catholica graditur Ecclesia, mediumque tenet; ubi veritas consistit. Ipsa confitetur hominem in peccati statu, in quo modo nascitur, semper liberum esse; sed hanc libertatem peccato esse sauciatam; nec posse sine Christi gratia bonum agere; in malum pronum esse, nec sine Liberatoris sui auxilio posse peccatum vincere, licet liberrime peccet.

CAPUT II.

Peccati divisio traditur.

Varie peccatum dividitur juxta varia objecta, quæ respicit, & a quibus opera specificantur. Peccatum aliud spirituale est, & aliud carnale; creatura enim, ad quam convertimur, & qua peccando frui desideramus, aut sensibus, aut mente attingi potest. Si primo modo ad eam convertimur, ista sunt peccata carnalia; si secundo modo, spiritualia. Cum hæc neque tam manifesta sint, neque tantam afferant infamiam, ple-

rique hominum illa non formidant, nec cavere fatagunt; sæpe etiam neque illa animadvertunt neque, postquam ea commiserint, illorum pudet: plerumque tamen graviora sunt, magisque Deo invisa, quam carnalia. Mente ad Deum tendimus, cui spiritu serviendum est, & mente ab eo recedimus. Ideo spiritualia peccata plus Deo aversionis habent, unde sunt graviora. Præterea spiritualia peccata Deum proprie lædunt, qui super omnia est diligendus.

Immundus spiritus dæmon vocatur, non quod carnalibus immunditiis inquinetur, sed quia inquinatur superbia, quæ spiritualis est fornicatio. Ideo Apostolus ita nos admonet: *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus* (2. Cor. 7.).

Secundo dividitur peccatum in originale, & actuale. *Primum* ab Adamo fuit commissum, quin ignorantia ulla intellectum ejus obumbraret, vel prava aliqua concupiscentia voluntatem ejus turbaret, vel infirmitas aliqua liberi ejus arbitrii vim imminueret. Sed propter malum propriæ excellentiæ desiderium, & propter culpabilem libertatis amorem, quo ægre divino subiciebatur mandato, quod erat, ut ait sanctus Augustinus, *tam leve ad observandum, tam breve ad memoria retinendum*; & quod datum illi fuerat in subjectionis & dependentiæ signum, qua ejus voluntas Deo subdi debebat. Tunc *voluntas cupiditatem, non voluntatem cupiditas duxit: non præcessit voluntatem, nec restitit voluntati*. Hoc originale peccatum a pueris nascendo contrahitur,

tur, voluntarium est in Adami voluntate, in qua veluti in principio seu capite omnium hominum voluntates continebantur: ideo ait Apostolus: *In quo omnes peccaverunt (Rom. 5.)*. Hæc culpa Baptismo tollitur, sed in baptizato pæna manet, quæ est concupiscentia, de qua jam differimus. *Nihil*, (inquit sanctus Augustinus *de morib. Eccles. c. 2.*) *ad prædicandum notius, nihil ad intelligendum secretius*. Hujus Philosophi noverunt effectus, idest misérias, quibus hominum naturam subjectam esse dolebant, sed eorum causam ignorabant. Hanc præ cæteris antiquis Patribus sanctus Augustinus declaravit, lumenque illi Deus tradidit ad omnem ejus malignitatem detegendam, ut gratiæ Filii sui hostes refelleret, qui gratiæ necessitatem negabant, infirmitatis magnitudinem, qua hominum natura premebatur, non intelligentes, cui medendæ gratia requiritur. Denique doctrinæ christianæ hic cardo est; pravæque omnes opiniones circa gratiam, liberum arbitrium, prædestinationem, & reprobationem, ab hujus solum ignorantia promanant originalis corruptionis, sub qua cuncti filii Adam gemunt.

Actuale peccatum est illud, quod homines ratione & libertate utentes propria voluntate & malitia committunt.

Tertio, spectata lege divina, peccata alia sunt commissionis, alia omissionis. *Prima* legem negativam violant, idest vetita ab illa committunt, videlicet homicidium, adulterium, & his similia: *secunda* legem affirmativam lædunt, quæ videli-

et aliquid faciendum præcipit, veluti Deum diligere, illique servire, honorare parentes, cætera. Hæc secunda non adeo sollicitè vitantur, quamvis gravia admodum sint, ac propterea illa multi pereant. Peculiari capite de his agemus.

Quarto personæ, quas peccatum lædit, alia peccatorum dant distinctionem; quædam etenim peccata fiunt contra Deum, quædam contra proximum, quædam contra nosmetipsos. Hinc sanctus Apostolus Paulus nos admonet: *Ut Sobrie, iuste, & pie vivamus in hoc sæculo: (Tit. 2.)* Sobrie innocentiam declarat, qua quilibet vitare debet: *Iuste* proximum respicit, qui nullatenus est lædendus: *Pie* ad Dei cultum pertinet.

Quinto peccata alia sunt cordis, alia oris, alia operis, quæ solum juxta hos gradus in eadem specie differunt. *Intra cor*, desiderio mirum, initio fit peccatum; *ore* deinde, alio exteriori signo manifestatur; tandem *opere* completur.

Sexto denique mortalia quædam sunt peccata, quædam vero venialia; quæ differentia rebus quas omnes complectitur, licet sæpe difficile cognoscatur (a). Tanta scientia præditus san-

(a) De omnibus & singulis peccatis, sintne mortalia vel venialia, certo pronunciare velle, temerarium foret. Nihilominus Theologi tres passim regulas tradunt, quæ attentis quorundam peccatorum gravitas, vel levitas certo; multorum probabiliter dignosci, ac determinari potest.

Etus Augustinus hic hærebat, omnique adhibita diligentia hanc se distinctionem sæpius non intelligere affirmabat, addebatque: *Quæ sint levia, & quæ gravia peccata, non humano, sed divino sunt pensanda iudicio* (lib. 21. de Civit. Dei cap. ult.). Omnia æqualia esse peccata aiebat Jovinianus, quod a Stoicis hauserat; sed adeo ridicula est hæc opinio, ut solo communi sensu

Prima Regula *Scriptura est*; unde peccata, quæ in Scripturis dicuntur excludere a regno Dei, esse abominabilia, detestanda, execranda, morte digna, item quæ væ, aut aliam maledictionem adjunctam habent, mortalia sunt; quæ autem remissioribus terminis efferuntur, venialia.

Secunda Regula *Traditio*. Quæ proin ex communi sensu Patrum, Episcoporum, & Doctorum habentur in Ecclesia pro mortalibus, censenda sunt mortalia; quæ pro venialibus, censenda sunt venialia; quia jure præsumitur, Deum Ecclesiam suam in re tanti momenti non deserere, neque permittere, ut in animarum perniciem errore communi decipiatur.

Tertiam Regulam *Ratio naturalis* suppeditat. Hinc, quæ secundum rectam rationem graviter lædunt caritatem Dei, & proximi, sunt mortalia; quæ leviter, sunt venialia. Ad discernendum vero, an graviter, anve leviter lædant caritatem, multa sunt consideranda. 1. Natura actus, an admittat, vel non admittat levitatem materiæ. 2. Actionis objectum, finis & circumstantiæ. 3. Tenor legis, & pæna annexa. 4. Intentio actualis, vel præsumpta legislatoris. 5. Peccantis consensus perfectus vel imperfectus, ex ignorantia, infirmitate, vel malitia &c. præstitus. Ita fere P. Billuart Tr. de peccat. diff. 8. in Append. ad art. 2.

sensu ejus falsitas deprehendatur. Juxta Paulum cuncta reproborum peccata sunt mortalia electorum vero cuncta venialia: ab hoc ad alium pergebat errorem, affirmans hominem in hac vita sine peccato esse posse, atque in natura lege, in lege scripta, & Evangelica plures homines sine peccato ullo vixisse. Lutherus, & Calvinus decimo sexto sæculo docuere, omnia electorum peccata natura sua esse mortalia: verum a Dei misericordia illis hæc non imputari, veluti venialia puniri. Contra Ecclesia catholica semper mortalia & venialia peccata agnovit *prima*, quæ animæ vitam auferunt, justificamur gratia ipsam privando, Deoque inimicam reddendo; *secunda* vero, quæ Divinæ Majestatem minus acceptam reddunt, veluti scabies qua pulchra facies scædatur, ita ut horum scæcilium venia impetretur. In Evangelio Christus Jesus de ira loquens tres iræ gradus distinguit primus est involuntarius iræ motus, qui præteritis judicium meretur; alter, cum in levem aliquam injuriam ira prorumpit, aliquam poenitentiam meretur; tertius, qui gravem infert injuriam gehenna ignis punitur: *Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit judicio. Qui autem dixerit fratri suo raca, reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis (Matth. 5.)* Idem Dominus de festuca & trabe in oculo distinguit (Matth. 7.), venialis mortalisque peccati distinctionem perspicue ostendit; festuca siquidem est trabe longe levior. Stoici, (inquit sanctus Thomas 1. 2. q. 73. ar. 2.), ducebantur ex hoc, quod considerabant peccatum ex parte privationis

tionis tantum, prout scilicet recessus a ratione, unde simpliciter aestimantes, quod nulla privatio susciperet magis & minus, posuerunt omnia peccata esse paria. Sed si quis diligenter consideret, inveniet duplex privationum genus. Est enim quaedam simplex & pura privatio, quæ consistit quasi in corruptum esse, sicut mors est privatio vitæ, & tenebra est privatio luminis, & tales privationes non recipiunt magis & minus, quia nihil residuum est de habitu opposito. Est autem privatio non simplex, sed aliquid retinens de habitu opposito, quæ quidem privatio magis consistit in corrupti, quam in corruptum esse, sicut ægrotudo, quæ privat debitam commensurationem humorum. Et ideo similiter dicendum est de vitiis & peccatis. Et ideo multum interest ad gravitatem peccati, utrum plus vel minus recedatur a rectitudine rationis. Et secundum hoc dicendum est, quod non omnia peccata sunt paria (a).

CA.

(a) Nonnulli Casuistæ hisce divisionibus aliam novam superaddere, ac peccatum in philosophicum, & theologicum distinguere sunt ausi. Peccatum philosophicum (inquiiebant) seu morale est actus humanus disconveniens naturæ rationali, & rectæ rationi; theologicum vero & mortale est transgressio libera Legis divinæ. Philosophicum quantumvis grave in illo, qui Deum vel ignorat, vel de eo actu non cogitat, est grave peccatum; sed non est offensa Dei, neque peccatum mortale, dissolvens amicitiam Dei, neque æterna pœna dignum. At nœdum ut superfluum, sed omnino ut nocivum hoc auctarium Alexander VIII. rejecit, dum totam, modo adductam propositionem ceu erroneam

CAPUT III.

*Peccati mortalis malitia, & tristes effectus
expenduntur.*

Peccatum est hominis conversio ad creaturam
& aversio a Creatore; seu creaturæ fruitio
qua solum *utendum* est. Hæc fruitio, ut dicitur
in *1. 2. 2. 2.*, varia est in peccatoribus. Qui mortale
peccatum committit, libera voluntate creaturam
Creatori præfert, illumque propter hanc delectationem
rit sciens ac volens, ut pravæ suæ cupiditati
obtemperet: qui autem veniale peccatum committit,
quamvis nimium creaturæ adhæreat, tamen
tam tamen Creatori non præfert. Peccatorum
gravitas æstimanda est a fine, quem sibi proponit
peccator, ab aversione a Deo, a materia
gravitate, & a peccati objecto. Præterea ob
etorum

neam damnavit a. 1690. Et quidem iuste; „
„catum enim mere philosophicum (ait P. Antonius
„ne *de peccat.* cap. I. a. I.) repugnat; quia
„peccat contra rectam rationem, simul & in
„visibiliter peccat contra Legem Dei, &
„Deum offendit. Nam dictamen rectæ rationis
„est intimatio legis div. æternæ, necessario
„tantis, quidquid naturam rationalem dedecet,
„præcipientis, quidquid necessarium est ad vivere
„dum decenter, ac conformiter naturæ rationali
„rationali. Et aliunde nemo ignorare potest, saltem
„tem invincibiliter, id, quod disconvenit naturæ
„ræ rationali, esse prohibitum a Deo Supremo
„Auctore naturæ rationalis. Quoties enim ratio
„æta ratio dicitur, aliquid disconvenire naturæ
„rationali, ut rationali, simul, saltem consensu
„dicitur, illud idem displicere Supremo Enti
„naturæ Authori &c.

Etorum varietas, & peccatoris dispositio sæpe efficiunt, ut veniale peccatum fiat mortale propter pravam intentionem, & interdum mortale est tantum veniale propter actus, vel deliberationis imperfectionem. Non enim ex additione malitiæ, quæ in veniali peccato est, ad aliud veniale peccatum, hoc mortale evadit; hæc enim peccata specie inter se differunt: verum peccatum natura sua veniale potest effici mortale. Oiosa exempli causa verba plura quis profert, ut feminam in adulterium pertrahat: hoc casu verba ista mortalia sunt peccata, propter proferentis malum finem pravamque intentionem (a).

Gra-

(a) Res hæc clarior ex sequentibus fiet.

Primo. Peccatum ex genere suo, seu uti Author loquitur, ex natura sua mortale illud est, quod intra objecti sui limites hærens absque nova circumstantia, speciem mutante, attingere potest, & sæpe attingit materiam gravem, sic furtum, seclusa rapinæ, vel sacrilegii circumstantia, gravem multoties proximi damnificationem causat; utut quandoque in minutiis sistat: Peccatum ex genere suo veniale dicitur, quod intra sui objecti cancellos manens ad materiæ gravitatem pertingere nunquam potest. Sic mendacium jocosum, in damnosum non degenerans, semper reputatur leve.

Secundo. Peccatum, ex genere suo veniale, in praxi sæpe fit mortale. 1. Ex conscientia erronea, actum præcedente. 2. Ex fine operantis, veniale e. g. mendacium ad peccatum quoddam grave ordinantis. 3. Ex damno præviso, aut prævidendo; tam spirituali, puta gravi scandalo; quam

tem-

Gravius sane majoreque supplicio dignius est Christiani mortale peccatum, quam Infidelis aut Judæi. Legem siquidem Christiani naturali & scripta perfectiorem acceperunt; Dei veritates magis

temporali, puta rixis, detractionibus &c. 4. Ex periculo proximo peccandi graviter; præcognito; nec tamen repudiato. 5. Ex contemptu, saltem formali, legis, præcepti, aut Superioris.

Tertio. Peccatum, ex genere suo mortale, in praxi non raro fit veniale. 1. Ex defectu advertentiæ. 2. Ex defectu plenæ libertatis. 3. Ex levitate materiæ.

Defectum plenæ advertentiæ inducunt 1. Sopor, 2. Imperfecta ebrietas, 3. Cura nimis pungens, 4. Passio prævalens, ac quasi albugine mentem suffundens.

Defectum libertatis plenæ causant 1. Notabilis circumstantiæ ignorantia invincibilis, 2. Persuasio invincibiliter erronea, peccatum non nisi leve committi. 3. Metus gravis, qui contra legem naturæ negativam operantem a tanto; contra legem divinam affirmativam agentes a peccato saltem gravi excusat. Id magis adhuc de metu gravi, contra legem humanam prævalente, verum est.

Materiæ levitas 1. Ex levi ad Legem ac sanam rationem oppositione, 2. Ex damni, aut injuriæ &c. diminutione oritur. Non omnia peccata materiæ levitatem patiuntur. Blasphemiam, hæresin, desperationem, odium Dei, Simoniam, homicidium, delectationem veneream &c. nunquam ex levitate materiæ; sed vel libertatis, vel advertentiæ defectu peccata venialia fieri, Prudentes censent, quorum judicio in dubiis standum est. Imo nec defectum advertentiæ qualemcunque a noxa gravi eximere, paulo inferius videbimus. Legatur S. Thomas 1. 2. q. 77. a. 7. in corp.

magis noverunt; perfectiorem agendi modum habent, nempe caritatem; Jesu Christi gratia præsto illis est ad mandata servanda; Christi membra sunt, ejus corpore vescuntur, & illius cohæredes futuros se sperant. Hinc præcipue mortalis peccati gravitas est æstimanda. Mire hoc exprimit Apostolus, inquiens: *Qui sunt illuminati, gustaverunt etiam donum cælestis, & participes facti sunt Spiritus sancti, prolapsi sunt, rursus crucifigentes sibi metipsis Filium Dei* (Hebr. 6.). Crimen omnium maximum profecto fuit dira Filii Dei crucifixio; sed ejus crucifixores illum minime agnoverunt: *si enim cognovissent, (ait idem Apostolus 1. Cor. 2. v. 8.) nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Propterea Christus veniam illis exorat inquiens: *Non enim sciunt quid faciunt* (Luc. 23. v. 24.). At Christianus illum agnoscit, quem quantum in se est rursus crucifigit. Ideo enim solum Christus cruci affigi voluit, ut pro peccatis hominum Patris sui Dei justitiæ satisfaceret, & pro mortali uno peccato mortem æque oppetiisset, quam pro innumeris cunctorum hominum peccatis. Quoniam non Sermonem, sed instructionem scribo, huic explicandæ considerationi non ultra immoror, neque alias refero, quæ ad proximum, vel ad peccatorem ipsum spectant, e quibus peccati gravitas æstimari potest. Certum namque est proximi nostri conditionem, & quæ a natura vel ab justitia illi præstare debemus officia, & damnum quod ex peccato nostro patitur, peccati gravitatem augere aut imminuere.

Circa personam observare oportet, an propter officium suum Deo sit unita; an natura, aut beneficiis ab ipsa acceptis, aut alio modo unita sit nobis, & an persona sit publica. Hinc Pontificis, Episcoporum, & Presbyterorum injuria propter eorum ministerii sanctitatem gravior est quam quæ laicis infertur, & quæ consanguineos, amicos, aut benefactores lædit, peculiarem circumstantias habet injuria gravitatem. Gravius est peccatum, quod contra Reges committitur, qui personæ sunt sacræ, Deique referunt imaginem. Idem proportione de Præsidibus, ac Magistratibus est affirmandum, quibus sanctus Petrus obedire nos propter Deum jubet. *Sive Regi, quasi præcellenti; sive ducibus, quasi ab eo missis (1. Petr. 2.) (a).*

(a) Quæ Author hic synoptice tradit; cum illis quæ a Scholasticis de distinctione peccatorum specifica, & numerica uberius dicuntur, fere coincidunt. Distinctio peccatorum *specifica* juxta S. Thomæ Discipulos ab objecto sumitur specie morali diverso; *specie morali* objectum est diversum, quod Prudentium judicio novam unam, vel plures ad legem Dei, & sanam rationem oppositiones habet; *oppositiones* autem istæ ex libertate actionis, pluribus specie diversis præceptis prohibita, positione fluunt. Præcepta denique *specie diversa* censentur, quæ ob diversa, ac specialia motiva a supremo Legislatore emanarunt. Totum id facile deprehendet, qui in omnes objecti circumstantias animo respiciet. Sic Titius post furtum cum meretrice procumbens unum, a furto specie distinctum, peccatum committit; rem postea cum maritata habens, actu uno duplex specie crimen perpetrat.

Peccati mortalis effectus, qui funestissimi sunt, pii libri enumerant. Hi præ cæteris considerandi sunt: primo servitus, cui per peccatum homo subicitur: *Qui facit peccatum, servus est peccati* (Joan. 8. 34.); secundo Dei inimicitia, quam peccans subit: *Si quis diligit mundum, non est caritas Patris in eo* (1. Joan. 2. 15.): *Omnis, qui peccat, non vidit eum, nec cognovit eum* (1. Joan. 3. 6.): denique mors æterna, quam peccator meretur: *Qui mala egerunt, procedent in resurrectionem judicii* (Joan. 5. 29.). Peccatum igitur malum est maximum,

Distinctio peccatorum *numerica* itidem ab objecto moraliter numero diverso petitur. *Moraliter numero diversum* objectum redditur, 1. dum uno actu physico attinguntur *plura objecta* adæquate distincta, ut si sciens & volens uno ictu plures homines occidas, sicque plura distincta jura lædas. 2. Dum *pluribus actibus* attinguntur *plura objecta* non connexa, ut si nunc detrahas Petro, postea Paulo. 3. Dum *pluribus actibus* non connexis, per voluntariam cessationem, revocationem, aut nimis longam distractionem discontinuatis attingitur unum idemque physice objectum. Ut si odium, libere excussum, denuo contra Titium renoves: morosas delectationes, unde unde sopitas, rursus excites &c. Multi Theoriæ huic contradicunt, ac numerum peccatorum soli *actuum numero* proportionalem tuentur: quia tamen objectorum *multitudinem* ceu circumstantiam notabiliter aggravantem negare non audent, in confessione exprimendam esse censent; sicque non obstante theoretico gyro, in praxeos puncto cum Thomistis conveniunt.

ximum, imo unicum, quod homini evenire potest; omniaque potius sunt illi ferenda quam patrandum peccatum.

CAPUT IV.

Peccati venialis damna deteguntur.

Mortale & veniale peccatum differunt genere objectis, & modo recedendi ab ultimo fine, qui est Deus, ut diximus. In illo enim formalis adest a Creatore aversio, tam respectu agentis, quam respectu operis; in altero autem non adest a Deo aversio; venialiter siquidem peccans a Deo recedere non intendit, neque illi creaturam anteferre (*1. 2. quæst. 74. art. 2. & seq.*); sed creaturæ nimis adhæret, illaque utitur præter legem æternam, quæ jubet hominem cuncta ad finem ultimum, id est Deum referre, nec in his vel leviter immorari. In his finis noster non est statuendus, (ait sanctus Augustinus de licitis sensuum voluptatibus loquens *Lib. 12. de Civit. cap. 13.*), nec propter hæc a beatitudinis nostræ desiderio recedendum; sed quoties recte temporalibus utimur, æternorum cavendum, id est faciendum, *per ista transeuntes, illis inhærentes.* Quando creatura ad Deum non referretur, prava semper adest cupiditas: *tunc non utentem adjuvat, sed corrumpit fruentem.* *Sicut autem ista diligis, ut subjecta dilige, ut familiaritatem dilige, ut arrham sponsi, ut munera amici, ut beneficia Domini: sic tamen ut memineris semper quid illi debeas, nec ista propter se, sed ista propter illum; ne ista cum illo, sed ista propter illum,*

illum, & per ista illum, & super ista illum diligas.

Pelagiani dicebant, posse hominem hanc vitam transigere; quin veniale ullum peccatum committat, pluresque in lege naturali sic vixisse, veluti Abelem & Jobum; in lege scripta Elisabetham & Zachariam; in Evangelica sanctum Joannem Baptistam. Contra sanctus Augustinus ait, nullum unquam sine peccato vixisse, si sanctam Virginem excipias, de qua, cum de peccatis agitur, nullam volo prorsus haberi questionem (de peccat. merit. & remiss. cap. 36.). At sanctus Joannes Apostolus universe sic inquit: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, mendaces sumus, & veritas Dei in nobis non est (1. Joan. 1. 8.). Sanctus Augustinus hæc verba considerat: Veritas Dei in nobis non est, & observat sanctum Joannem non dixisse; humilitas non est in nobis, ne humilitas posita in parte falsitatis amitteret præmium veræ virtutis.

Dei Filius nobis Dominicam orationem tradidit, in qua quotidie dicimus: Dimitte nobis debita nostra (Matth. 6. 12.). Hanc Apostolis ille non minus quam cæteris tradidit, & gregi & etiam ad ipsos gregis arietes, (ait sanctus Augustinus Homil. 50.); ut ostenderet, si gregis arietes pro parvis peccatis, sine quibus non vivitur, Dei misericordia indigent, hanc a grege ipso multo magis esse jugiter exorandam. De his loquens peccatis addit, non esse illa pondere, sed numero metienda; plures enim aquæ guttæ in rivum intrantes illam tandem mergunt, & plura

arenæ grana simul conjuncta montem efficiunt. Quæ quamvis, inquit, singulæ non lethali vulnera ferire sentiantur, tamen omnia simul congregata velut scabies, quo plura sunt, necant, & nostrum decus ita exterminant, ut ab illius sponsi speciosi præ filiis hominum castissimis amplexibus separent, nisi medicamento quotidianæ pœnitentiæ refectur. Deinde hæc pœnitentiæ opera recenset, orationem Dominicam, eleemosynam, & inimicorum dilectionem. Qui hodie postremum hoc pœnitentiæ opus injungeret, novator ridiculus, aut nimis rigidus doctor haberetur. At hæc est nostri ævi infelicitas, haud satis intelligunt Christiani, quid sibi velit, Deo displicere, ejusque cœtere deliciis: quod sane evenit propter venialia peccata, quæ emendare negligimus, nec punire fatagimus. Valde namque inter se differunt, in venialia labi, & hæc amare, illorumque emendationem voluntarie negligere. Primum ab humana infirmitate promanat, alterum ab inhabitante in nobis concupiscentia, quæ dum vivimus non adeo subigi potest, ut effectus suos numquam proferrat. Recentior Casuista docet, illum, qui uno actu venialia simul omnia peccata vellet committere, venialiter solum peccaturum. Iste casus adeo est insolitus, ut sit impossibilis, ejusque solutio suo digna est Auctore, qui immania solet paradoxa proferre. ¶

Ideo præcipue veniale peccatum est timendum, quia ad mortale committendum disponit, quando illud non corrigitur, nec illius nos pœnitetur, nec de illo confundimur. Apud Ecclesiasticum

cum Spiritus sanctus inquit: *Qui spernit modica, paulatim decidet (cap. 18.)* Rationem affert sanctus Thomas; Quia non satis a mortali discedimus: qui enim multa venialia committit, assuecit in parvis voluntatem suam Deo non subjicere; hinc paulatim incipit finem suum ultimum in creatura collocare, illamque Deo anteferre, quod lethale peccatum est (I. 2. quæst. 70. art. 3. & 4.).

SECTIO II.

DE

IGNORANTIA, INFIRMITATE, ET
MALITIA, PECCATORUM
CAUSIS.

CAPUT I.

Ignorantiæ existentia, & origo ostenditur.

Peccatum cum sit actus inordinatus, habet profecto causam, quæ aut interior est, aut exterior (I. 2. quæst. 75. art. 1.). Interior immediata est intellectus & voluntas. Causæ mediatae seu intermediae sunt imaginatio & appetitus sensitivus. Quemadmodum enim intellectus ad aliquid amandum voluntatem movet; imaginatio sensitivum appetitum movet ad aliquid operandum. Unica tantum proprie loquendo interior causa peccati est concupiscentia juxta Apostolum:

N 4

stolum:

stolum: *Radix omnium malorum cupiditas* (1. *Tim.* 6. 24.). De hac late differuimus Tractatu secundo. Restat igitur, ut de specialibus peccati causis loquamur; & primo de ignorantia.

Quoniam vir juxta cor Dei illum rogat, ut suarum ignorantiarum meminerit id est has sibi ignoscat: *Ignorantias meas ne memineris* (*Psal.* 24.): ignorantia existant oportet, quæ sint peccata; ideoque non semper ignorantia a peccato excusat. Alio in Psalmo ita Deum rogat: *Effunde iram tuam super gentes, quæ te non noverunt* (*Psal.* 78.). Rei igitur erant hi populi Deum non agnoscentes, licet Moysis legem nunquam audierint, quæ illos verum Deum adorandum doceret. Christus in cruce Patrem suum rogat pro suis crucifixoribus inquit: *Non enim sciunt quod faciunt* (*Luc.* 23. 14.). Judæos sanctus Petrus sic alloquitur: *Scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & Principes vestri* (*Act.* 3.). Nihilominus certum est Jesu Christi interfectores maximum commisisse peccatum. Sanctus Paulus ait: *Qui ignorat ignorabitur* (*1. Cor.* 14.) id est æterna damnatione punietur. Quem enim Deus ignorat, *nescio vos*, gloria sua privatur. Thessalonicensibus idem Apostolus scribens inquit: *In revelatione Domini Jesu Christi de caelo cum Angelis virtutis ejus in flamma ignis dabitur vindictam iis, qui non noverunt Deum* (*2. Thess.* 1.). Ad Ephesios vero scribens de idololatriis ait: *Alienati a vita Dei propter ignorantiam, quæ est in illis* (*Ephes.* 4. 18.). Quomodo a vita Dei ignorantia repellit, si non est peccatum? De se

iplo loquens dicit: *Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci* (1. *Timoth. 2.*). Si misericordia indigebat, peccatum profecto commisit, cuius indulgentiam est consecutus.

Pelagiani originale peccatum negantes, negabant etiam ignorantiam, in qua homines nascuntur, & propter quam in plura labuntur peccata, esse peccatum, cum non sit omnino voluntaria. In Synodo Palæstina hanc opinionem docere accusatus est Pelagius; & illo præsentem hæc ejus lecta est propositio: *Ignorantia, quæ evenit secundum necessitatem, non voluntatem, non subjacet peccato.* Commoti sunt septemdecim Episcopi, & indignati dixerunt: *Quid ad hæc quæ lecta sunt, capitula dicit præsens Pelagius monachus? Hoc enim reprobatur sancta Synodus, & sancta Dei catholica Ecclesia.* Pelagius respondit: *Dico quia hæc non sunt mea; quæ autem dixi non esse mea secundum iudicium sanctæ Ecclesiæ reprobo, anathema dicens omni contravenienti & contradicenti sanctæ Ecclesiæ catholice doctrinis* (de Gest. Pelagii cap. 19.). De Synodi hujusce gestis sanctus Augustinus librum composuit, ubi perspicue refert, a nobis allatam Pelagii propositionem de ignorantia reprobam ab ipso fuisse Pelagio.

Qui bonos istos Episcopos de versutia ejus & duplicitate nil suspicantes fefellerat, vix in Occidentem rediit hæresiarcha, cum a se damnatos errores tueri cœpit, & inter cæteros hunc de ignorantia. Pravam ejus doctrinam noster sanctus Doctor jugiter est insectatus, semperque docuit ignorantiam peccati Adami esse pœnam, &

plurium peccatorum, quæ non excusat, esse causam; quod cum distinctione est intelligendum, ut mox dicemus. *An nullum est ignorantia molium, & ideo nec purgandum?* Interrogat sanctus Augustinus, & respondet: *Et quid illa agit vox: Delicta juventutis meæ, & ignorantias meas memineras? Etsi enim damnabiliora peccata sunt, quæ a scientibus committuntur, tamen si ignorantia peccata nulla essent, hoc non legeremus quod commemoravi.* Quare autem ista sunt peccata, quia a primo illo peccato quod in Adam plene voluntarium fuit, promanant, & cujus pœna est ignorantia. *Illud* (ait idem Augustinus *lib. 3. de lib. arbitr. c. 19.*), *quod ignorans quisque non recte facit, & quod recte volens facere non potest, ideo dicuntur peccata, quia de peccato illo libera voluntatis originem ducunt.* Illud enim præcedens meruit ista sequentia. Ideo nolunt homines recte agere, quia quod rectum est ignorant, aut illis displicet. Tanto enim vehementius aliquid optamus, quo perspicue magis bonum illud esse cognoscimus; & propterea magis illud querimus, & diligimus. *Ignorantia igitur* (subdit Augustinus *lib. 2. de pecc. merit. c. 17.*), *& infirmitas vitia sunt, quæ impediunt voluntatem, ne moveatur ad faciendum opus bonum, vel ab opere malo abstinendum.* Ut autem innotescat quod latebat, & suave fiat quod non delectabat, gratia Dei est, quæ hominum adjuvat voluntates. At quoniam nulli hæc gratia debetur, illam Deus cui vult, & quando vult, largitur. Ideo quicumquam nostrum bonum opus suscipere, agere, implere nunc nescit, nunc delectatur, nunc non delectatur,

Datur, ut noverit non suæ facultatis, sed divini
numeri esse, vel quod scit, vel quod delectatur,
& sic ab elationis vanitate sanetur. Alibi idem
sanctus Doctor inquit: Attendat quam in multis
offendamus omnes, dum putamus Deo, quem dili-
gimus, placere, vel non displicere quod facimus:
& postea per Scripturam ejus, sive certa & per-
spicua ratione commoniti, cum didicerimus, quod
ei non placeat, pœnitendo deprecamur, ut ignoscat.
Plena humana vita est documentis talibus (de Spi-
rit. & litt. cap. 36.). Quamobrem qui hanc mi-
seriam norunt & patiuntur, coram Deo tremunt,
& se deprimunt, illumque exorant, ut ex igno-
rantia commissa peccata sibi ignoscat. Hæc igno-
rantia est justa punitio peccati primi hominis,
qui cum plene veritatem cognosceret, fecit quod
illa prohibebat; a Deo discessit, nec Domino suo
obtemperavit, ut sibi placeret, & propriam ex-
cellentiam acquireret. Nec cogitat (ait sanctus
Augustinus contra Pelagium de Natura & grat.
c. 22.), prævaricatorem legis quam digne lux de-
ferat veritatis, qua desertus utique fit cæcus, &
plus necesse est offendat, & cadendo vexetur, ve-
xatusque non surgat, & ideo tantum audiat vo-
cem legis, qua vel moneatur implorare gratiam
Salvatoris. Eandem doctrinam sanctus Hiero-
nymus ante sanctum Augustinum docuerat, ut
ex illius contra Pelagianos dialogis cognoscimus.



CAPUT II.

*Quæ ignorantia a peccato excuset?
investigatur.*

Quod ex Sancto Augustino hæcenus dixi, peccati definitioni contrarium videtur, quando tradit dicens, oportere ut voluntarium sit peccatum, nec peccatum esse nisi voluntarium; quem admodum etiam perpetuæ Ecclesiæ catholicæ doctrinæ adversari videtur. Verum ut enodetur hæc quæstio, distinguenda primum est voluntaria ignorantia ab involuntaria (a); deinde vincibilis ab invincibili; ignorantia item juris ab ignorantia facti; tum ignorantia juris divini ab ignorantia juris naturalis, aut positivi; denique

(a) Ignorantia involuntaria a Moralistis etiam antecedens dicitur; quia omnem voluntatis actum prævenit, simulque causa est actionis, quæ potestata numquam fuisset, si vera rei notitia præcessisset. Voluntaria ignorantia econtra consequens nuncupatur; quia actum voluntatis sive formalem, sive virtuales sequitur, malamque in actionem influit. Hisce ignorantia concomitans a Scholasticis adjicitur, quæ actionem ita comitatur, ut eam nec causet, nec impediatur, sicque tota malitia ex alia mala voluntatis dispositione in actionem dimanet. Prima a toto peccato excusat, non secunda, tertia nec accusat, nec excusat, sed impertinens est. Si, adhibita debita cautela, feram icturus hominem in arbutis latentem prosterne, cum prima: si sclopo temere exploso tuum similem trajicis, cum secunda: si denique ibidem feræ loco inimicum, jam dudum ad mortem quaesitum, plumbea glande occidis, cum tertia ignorantia te operatum fuisse dicent.

ignorantia negativa, quæ solum est cognitionis carentia, a positiva, quæ prava est dispositio, & error proprie appellatur.

Certum est tunc solum ignorantiam esse peccatum, cum est voluntaria; etenim non imputatur ad culpam, quod quis invitus ignorat, ut ait Sanctus Augustinus.

Est autem ignorantia voluntaria directe, vel indirecte. *Directa* ignorantia illa est, qua quis quid sibi faciendum sit vult nescire, ne faciat, aut ne conscientia stimulum patiat, dum verita committit. Talis peccator ille est, de quo ita loquitur Psalmista: *Noluit intelligere, ut bene ageret (Psalm 35.)*. Tales illi etiam, quos Job commemorat sic Deo dicentes: *Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus (Job 25.)*. De his ait Salomon: *Imprudentes oderunt sapientiam (Prov. 12.)*. Hisce illi quoque sunt addendi, qui juxta quosdam novos Casuistas Doctorem sollicitè inquirunt eorum cupiditatibus obsequentem. *Indirecta* ignorantia illa est, quæ scienda noscere negligit; & hæc sane peccatum est.

Potest autem hæc peccatum minuere, vel excusare, quatenus voluntarium minuit, quod ad peccandum requiritur. In iis enim, quæ ex ignorantia fiunt, actus eoque est voluntarius, quo voluntaria est ignorantia, ex qua actus proficiscitur. Non plus igitur voluntatis seu voluntarii in his actibus reperitur, quam in ignorantia, quæ illorum est causa.

Evenit interdum, ut in eadem actione aliquid sciatur, & aliquid ignoretur, sive inviabili, si-

ve

ve vincibili ignorantia. In hoc casu excusatur peccatum relate ad circumstantiam, quæ ignoratur, non relate ad totum: *si non a toto, saltem a tanto*, inquit sanctus Thomas. Exempli causa Judas cum Thamar peccavit, quam nulum suum esse nesciebat: fornicationem commisit, non vero incestum.

Præceptorum nobis actionum duo sunt genera: aut juris naturalis, sicuti hoc præceptum *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris*; & talia sunt omnia Decalogi præcepta, cum illo contexta: aut juris positivi, divini, vel humani: talia sunt leges credendi in Jesum Christum, baptismi accipiendi, Dominicos dies servandi, certis temporibus jejunandi, hisque similes alia plura. Porro animadvertendum est, jus naturale omnino homines, ratione utentes, absque promulgatione externa obligare. Quædam quoque universalia præcepta considerare oportet, quæ sunt velut reliquorum principia. Sunt enim quædam quæ licet ex primis hisce principiis immediate sequantur, non adeo tamen perspicue sunt cognita. Quædam denique sunt veluti conclusiones quæ ex aliis ducuntur, sed meditatione & discussu. Certum est primi & secundi generis præceptorum ignorantiam invincibilem dari non posse, quamvis Theologi plerique doceant tertii generis præceptorum invincibilem ignorantiam dari posse (a). Ab ipso vitæ exordio legem suam in hominum

(a) Præcepta legis naturæ in tres classes distinguuntur. Classis prima universalissima principia: Quædam

minum corde natura scribit, ut antiqui etiam Philo-
sophi tradidere. Quoniam vero per Adæ pec-
catum rationis naturale lumen valde imminutum,
& pene extinctum est, hæc quoque lex pene est
deleta; non adeo tamen deleta est, ut ejus plura
reliqua non sint vestigia, quæ in eam peccantes
inexcusabiles reddunt. Nullus tam barbarus est
populus, qui modo allaram legem ignoret:
Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris: qua ho-
miciidia, adulteria, & furta vetantur. Quis
enim vitam sibi auferri, uxorem suam violari,
bona sua rapi vellet? Quando igitur hæc, hisque
simi-

tibi non vis fieri &c. Bonum est faciendum &c.
continet: 2da Conclusiones facili illatione ex pri-
mis principiis fluentes, decalogo comprehensas
exhibet: 3tia Conclusiones nonnisi difficili, ac
subtili discursu eruendas variorum contractuum
honestatem, ac licentiam definientes complecti-
tur. Præcepta *primæ classis* a nullo rationis usum
habente invincibiliter ignorari possunt: Illa *secun-
dæ classis* tempore brevi, ac inæquali ab inæquali-
bus sæpe ignorantur; apud pueros enim citius
filialis reverentiæ, quam dicendæ veritatis obli-
gatio se ingerit; eadem furti inhonestas maturius
ingenio excitato, quam stupido innotescit. *Ter-
tiæ classis* præcepta per longum, imo nonnulla per
totum vitæ tempus inculpatæ ignorantæ involu-
cro implicantur, quia rationes, illa explicantes,
restringentes, utut probabiliore, adhuc falsæ
esse, atque adeo invicibilem harum obligationum
ignorantiam, ad dies vitæ duraturam, inducere
queunt. Paucis Rigoristis Lovaniensibus, nullam
omnino Juris naturalis ignorantiam inculpatam
admittentibus, cæterorum Theologorum pha-
lanx resistit. Vid. Billuart Tr. de peccat. dist. 5.
a. 4.

similia a natura vetita peccata homines committunt, nequeunt hæc peccata ignorantia excusari. Sanctus apostolus Paulus ait: *Quicumque sine lege peccaverunt; id est peccata a lege vetita peccaverunt, nescientes hæc esse vetita: sine lege peribunt (Rom. 2.); id est pœnis punientur, quæ lege non præscribuntur. Si autem pereunt, peccasse eos oportet, quamvis se peccare non norint. Hanc autem Apostolus rationem reddit. Cum enim Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus in die, cum judicabit Deus occulta hominum.*

Hic locus apostolicarum Epistolarum insignis est. Doctrinam firmat, quam modo docuimus naturalem legem, quam sequi debent, scriptam esse in cordibus hominum, hancque illos secretim docere, quid sibi faciendum sit, quidve fugiendum. Per legis enim opera cæremonialia et politica præcepta non intelligit Apostolus, sed naturalia præcepta unum Deum credendi, illum ut omnium rerum principium adorandi, amantem super omnia, ad illum veluti ad finem ultimam omnia sua opera dirigendi, in ejus possessionem beatitudinem suam collocandi, amandi proximum sicut seipsum, & ab omni ejus injuria abstinendi. Secretum conscientiaè judicium, quæ juxta Apostolum (Rom. 2.), cogitationibus invicem accusantibus, aut etiam defendentibus actionis bonitatem

rem vel malitiam declarat, hæc omnes a natura doceri demonstrat. Hoc textu Pelagiani abutebantur, & asserebant plures ethnicos, sine lege & sine Jesu Christi gratia, solis naturæ viribus legem implese; at hanc hæressim Ecclesia damnavit. Catholici nonnulli Doctores de illis Ethnicis hunc textum intelligunt, qui sine Jesu Christi fide aliqua legis præcepta servarunt; veluti parentes colere, depositum reddere, & his similia. Verum melior explicatio est illa sancti Augustini, quam antiqui Græci, Latinique Patres, & Interpretes plerique amplexi sunt. Hunc textum Augustinus explicat de infidelibus, qui naturaliter legem servarunt, reparata natura per Jesu Christi gratiam, vel in ipsum venturum credentes, vel in ipsum post ejus adventum, quin Moyse legem agnoscerent. Verum ne longius progrediamur, sufficit, dixisse Apostolum, existere legem in hominum cordibus scriptam, *opus legis.*

Affirmo itaque, unius Dei ignorantiam, etsi non omnino voluntaria dici posset, esse peccatum; natura enim in hominis cujusque corde unius Dei fidem scripsit. Perspicue ait Apostolus: *Quod notum est Dei, manifestum est in illis, Deus enim illis manifestavit; invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque ejus virtus & divinitas, ita, ut sint inexcusabiles (Rom. 1.)* De Philosophis autem & Sapientibus dicit: *Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt; idest Deum non sunt confessi, sed aut assentatione, aut avaritia, aut timore populum*

imitati idola coluere. Id egit Socrates, quem plures quasi christianum suspiciunt; quamvis enim unum esse Deum cognosceret, quod suis in libris docuerat, sæpiusque prodiderat, & licet morte mulctatus sit, quia veritatem istam defenderat, tamen ut idololatra mortuus est, jubentur ut pro se falso Deo Esculapio gallus immolaretur.

CAPUT III.

Argumenti ejusdem continuatio.

De fide in Jesum Christum secus est dicendum: juris divini positivi est in illum credere; at Evangelium prædicari oportet, ut hanc fidem homines amplectantur, lex enim ante publicationem non obligat. Id perspicue docet Apostolus inquit: *Quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante (Rom. 10.)?* Verum apud sanctum Joannem Dei Filius hanc solvit difficultatem dicens: *Si non venissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent; nunc autem & viderunt, & oderunt me, & Patrem meum (Joan. 15.).* Non dicunt: Si incarnatus non fuisset, si illis Evangelium non annunciaissem, nec miracula edidissem, omni illi culpa vacarent; sed: culpa vacarent, quod in me non credierunt. Hinc illi, quibus Christus non est annunciatus, propter reliqua ab iis commissa peccata damnabuntur, licet Jesu Christi fidem & gratiam non habuerint, quæ nemini debentur. *De quo peccato, (de Judæis ait sanctus Au-*

Augustinus) nisi de illo magno, quod præsciebat ipsorum futurum, quando ista dicebat, idest quomodo fuerunt occisuri? Plura alia peccata commiserant, antequam Christus ad eos veniret, ut illis Dei regnum prædicaret, & propter illa variis captivitatibus, in quas abducti fuere, puniti sunt.

Concupiscentia, quam peccatum appellat Apostolus, in iis regnabat; dicit enim Apostolus: Peccatum non cognovi, nisi per legem, nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces. Sine lege enim peccatum mortuum erat (Rom. 7.); idest non apparebat, quia committebatur, quin cognosceretur. Non intelligamus (inquit sanctus Augustinus lib. 1. ad Bonif. cap. 9.), nisi tamquam non sit; latet, non apparet; penitus ignoratur, tamquam in nescio quibus ignorantie tenebris sit sepultum. Quis dubitet Judæos, priusquam legem acciperent, peccasse, quoties opera a Decalogo vetita patrabant, quæ ex hujus prohibitione mala esse cognoverunt? Qui fuit ante nescius, ait sanctus Augustinus, malorum suorum, factus est doctus, & quod pejus est, victus cæpit esse non solum peccator, sed etiam prævaricator. Peccator enim & ante erat; sed antequam legem audiret, peccatorem se esse nesciebat. Si damnandus erat peccator, quam spem haberet prævaricator?

Idem sanctus Doctor quatuor hominis status distinguit: primum ante legem; secundum sub lege; tertium sub gratia, & quartum in pace, idest in Paradisi felicitate. Ante legem concupiscentiam se-

quebatur; idest inordinatis ejus motibus obediebat, quin eos cognosceret, nec iis repugnare. *Non pugnamus, quia non solum concupiscimus et peccamus, sed etiam approbamus peccata.* quis dicet in hoc statu peccata non esse vera peccata, quamvis ex ignorantia fiant? Sub lege concupiscentiam cognoscimus, pugnamus, sed vincimur. Sub gratia pugnamus, et vincimus. In pace non pugnabimus, sed victoriæ fructu fruimur, id est gloriosa & æterna pace. In lege enim sacrificium ad expianda ignorantie peccata; erant igitur hæc vera peccata, quoniam expiatione indigebant.

Est ignorantia, quæ cordis, seu reprobi sensus cæcitas appellatur, qua Christianos Deus percutit, qui suis gratiis abutuntur; nec dubium est quin peccata ab iis in hoc statu commissa non sint vera peccata. Id docet sanctus Augustinus contra Julianum scribens: *Cæcitas cordis, si peccatum non esset, injuste argueretur (lib. I. Opera imperf.).* De Phariseis Christus ait: *Cæci sunt et duces cæcorum. Væ vobis duces cæci (Matth. 5.).* In suo dumtaxat principio hæc cordis cæcitas est voluntaria. Quis porro, inquit Augustinus, *cæcus est corde, cum velit nemo cæcus est vel corpore?* In hanc paullatim incidimus pravæ cupiditates sectantes, & reiterantes peccata quemadmodum enim jam diximus, est Deus spargens indefatigabili lege pœnales cæcitates super illicitas cupiditates. *Cæcitas cordis, quam solus remouet illuminator Deus, et peccatum est, quia in Deum non creditur, et pœna peccati, quia cor*

superbum digna animadversione punitur, & causa peccati, cum mali aliquid cæci cordis errore committitur. Perspicuitate majore hujusce cæcitatæ effectus omnes nequeunt explicari. Sanctus Paulus de Ethnicis loquens, qui Deum in creaturis agnoscere noluerunt, ait: *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, ut contumeliosi afficiant corpora sua in semetipsis, quia commutaverunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt, & servierunt creaturæ potius quam Creatori; & sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt (Rom. 1.).* Hæc quæ non conveniunt, idest peccata omnia contra naturam ab eis in hoc reprobo sensu commissa, licet ea non cognoscerent, nonne erant vera peccata? Vox illa *tradidit*, qua utitur Apostolus, significat eorum inordinatas turpesque cupiditates fuisse veluti tortorem, cui traditi sunt puniendi, ut malorum suorum operum supplicium demum reciperent; postquam enim damnatus est reus, hunc justitiæ ministro Judex tradit. Oporteret, ut vel Deus immanium horum criminum, in quæ a Deo deserti prolabantur, auctor sit; quod horrenda est blasphemia; vel peccatores ipsi sint auctores. Verum horum criminum auctores esse nequeunt, nisi sint liberi; libere igitur hæc agunt, quamvis propria culpa necessario lumine ad horum criminum, enormitatem agnoscendam destituantur.

Hæc Apostoli verba explicans Julianus hæreticus dixerat: *Cum desiderijs suis traditi dicuntur,*

*relicti per divinam patientiam intelligendi sunt, non per potentiam in peccata impulsivi. Illum factus Augustinus reprehendit, quod solam Dei patientiam in iis agnosceret, quos cupiditatibus suis tradiderat, nulla ejus potentiae facta mentione; non quod Deus peccatum operetur, hoc enim fieri non potest; sed quia gratiam suam denegat & peccatorem ita meritum deserit. Deinde addit: *Nec ex Dei potentia vel in malum, vel in bonum invitum aliquem cogi; sed Deo deserente pro merito ire in malum, & Deo adjuvante sine merito converti ad bonum, quorum primum justitiae ejus effectus est, alterum misericordiae.**

Quae de ignorantiae peccatis haecenus a nobis sunt dicta, sufficiunt ut novorum aliquot Casuistarum doctrinae falsitas deprehendatur, qui docent ad peccandum, & Dei iram subeundam necesse esse, quis sciat & consideret rem a se faciendam esse malam; dubitare autem, aut opinari Deo non placituram actionem, quae fit, quam Deus vetat, non prohibere quin fiat, sed spreto formidine audacter esse operandum: sic loquuntur novi isti Casuistae. Idem alius docet, additque: *Nec sufficit ad mortale quaevis deliberatio, & consideratio malitiae objecti, sed debet esse plena.* Plerique alii in eadem sunt sententia, & affirmant, si quando una actio duas varias, habeat relationes, non sufficere ad culpam quod harum alteram quis cognoscat, sed oportere ut ambas animadvertat. Addunt insuper, si quis olim actionem aliquam malam esse novit, & postea oblitus est; vel si adhuc sciat, attamen actualiter non

non cogitat, nec dum operatur, inquit an illa actio mala sit, hunc non peccare saltem graviter. At omnes hæc absconæ opiniones, nec Veteribus cognitæ, ex inordinato horum Auctorum ingenio proficiscuntur, qui non id curant, ut peccatoribus peccati horrorem incutiant; quinimo fatigunt peccata tollere, & viam sternere, ut impune patrentur (a). Si ab his tradita doctrina vera esset,

(a) Post peccati philosophici damnationem Moralitæ quemadmodum ignorantiam ceu cognitionis habitualis carentiam, ita & inadvertentiam ceu cognitionis actualis privationem in vincibilem, & invincibilem distingunt; hancque, non item illam a peccato eximere docent. Invincibiliter ad actus sui malitiam non advertisse eum reputant, qui de hac actus malitia, vel ejus periculo, vel quavis inquirendi obligatione nec minimam dubitationem, vel suspicionem habuit, imo spectatis omnibus circumstantiis nec habere potuit: Vincibiliter e contra ad actus malitiam non advertisse illum censent, qui antequam ageret, nullum de actus sui inhonestate dubium habuit, habere tamen potuisset; quia lex naturalis (maxime penes præcepta primæ, & secundæ classis spectata) omnibus sufficienter est intimata; & debuisse; quia indomitas suppressere passiones tenebatur, ac malos, qui rationem excæcant, habitus evelere, quod neglexit, & propterea iniquitatem sicut aquam bibit. Huic igitur doctrinæ communi, ac tutiori insistendo non semper actualis & ad actum & ad eius malitiam advertentia in graviter peccante requiritur, sed sæpe sola libera advertentia ad actum sufficit. Unde graviter peccant imo qui vitiosis habitibus immerfi, in malo obdurati absque scrupulo, aut conscientia remorsu pessima quæque perpetrant &c. 2do qui citra mali

esset, non peccassent Ethnici, quoties in fornicationes, pollutiones voluntarias, aliaque contra naturam crimina prolapsi sunt. Illorum enim plerique ignorabant actiones has esse malas; quemadmodum apud nonnullos infideles populos nostris etiam temporibus malæ non habentur. Non igitur secum reputant, an illas Deus prohibeat, necne, vel an illis Deus lædatur. Qui exempli causa cum muliere peccaret, nil cogitans an Deus id veteret, aut an illum hæc actio offendant; sed cupiditate illectus huic data opportunitate indulgere studet, non plusquam Ethnici peccaret. Læterior nulla cunctis sceleribus pandi potest via, dum hæc plerumque absque reflexione ab iis patrantur, qui impetu quodam, cupiditate impellente, & opportunitate illecti illa committunt.

Juris positivi ignorantia, sive ecclesiastici, sive civilis, a peccato excusat quando est invincibilis; id est cum diligentiam adhibuimus ut id sciremus, quod est sciendum. Patres familias exempli gratia Parochiæ suæ concionibus debent intercedere, in quibus Festa & Ecclesiæ jejunia enunciantur. Non igitur excusantur, si diebus veteris laborant; aut non jejunant; eorum ignorantia

mali timorem contra primaria, ac secundaria legis naturæ præcepta delinquant: licet ad peccatum, contra tertiaria legis naturalis præcepta committendum, prævia quædam malitiæ advertentia, in serupulo, vel mali suspitione combestens, extra præcedentium duorum casuum hypothesein probabilis requiratur. Ita Em. Card. Gotti Tr. de Peccat. Dub. 5. §. 3. Billuart Tr. de Pec. diff. 5. a. 6. & alii fat. multi.

tia est peccatum, quia crassa est, & ex eorum negligentia promanat. Hinc peccant Christiani, qui saltem ruditer potiores fidei articulos non sciunt, videlicet Deum unum existere tribus in personis; harum secundam hominem factam; Dei Filium propter nostram salutem mortuum esse, resurrexisse, & in Cælum ascendisse; & in Eucharistia ejus corpus, animam, & divinitatem realiter contineri; quemadmodum & illi peccant, qui Decalogum ignorant. Dixi *saltem ruditer*; etenim homines, ac mulieres tam habetes reperiuntur, ut nil memoria comprehendere queant, multoque minus ea percipere, quæ illis traduntur; verum hæc hebetudo plerumque a negligentia proficiscitur, & si vellent, aliquo saltem modo ea discerent, quæ ignorant; aptum siquidem ingenium habent ad profanas cantiones, & his similia addiscenda. Qua propter sanctus Carolus absolutionem iis impertiri vetat, qui, postquam quæ scire debeant sunt admoniti, hæc scire negligunt, & in sua semper ignorantia vivunt.

Ignorantia *facti* a peccato excusat, ut omnes fatentur. Si quis exempli gratia venando hominem occideret, putans belluam, non esset homicida, dummodo nulla ei formido fuerit suborta, ne feriendo hominem occideret, aut venatio non fuerit illi prohibita, sicut Clericis per sacros canones est verita. Denique omnis peccans juxta sacras litteras est ignorans: *Errant, qui operantur malum* (Prov. 12.), quisquis enim peccat, creaturam anteferens Creatori, atque æternis temporalia bona. Voluntas practicum intellectus

judicium sequitur; & toties illa errat, quoties hic fallitur, malum illi proponens veluti bonum aut verum, aut apparens, aut illi conveniens dum eligitur. Ista est sancti Thomæ (1. 2. 6. art. 8. q. 58. a. 2. q. 77. art. 1.), & præcipuorum Theologorum doctrina. Quamobrem a Deo lumen debet Christianus exquirere, ideoque illum jugiter exorare quemadmodum Christus præcipit: *Oportet semper orare, & non deficere* (Luc. 18.). Oratio, sicut oportet facta, intellectum illuminat, in oratione enim Deum audimus, qui intellectum dat parvulis & timorem se voluntatem facit.

CAPUT IV.

Infirmittatis humanæ miseria delineatur.

Inter vulnera naturæ humanæ per Adami peccatum inflicta recensuimus cum sanctis Augustino & Thomæ infirmitatem seu fragilitatem, quæ inobedientiæ Adami justa est pœna. Illa est (inquit Augustinus *de lib. arb.*) peccati pœna justissima, ut amittat quisque quo bene uti voluit, cum sine ulla posset difficultate, si vellet: id est autem, ut qui sciens recte non facit, amittat scire, quid rectum sit, & qui recte facere cum posset, noluit, amittat posse, cum velit. Nam sunt revera omni peccanti animæ duo ista pœnalia, ignorantia, & difficultas: ex ignorantia dehonestat error, ex difficultate cruciatus affligit. Hanc infirmitatem peccatum sanctus Paulus appellat, qui ait: *Ut quid enim Christus, cum adhuc infir-*

mi essemus, secundum carnem pro impiis mortuus est (Rom. 5.)? ubi impii vocem loco infirmi usurpat. Vox græca *ἀσθενῶν* corporis infirmitatem proprie significat; sed Apostolus metaphorice ea vitur, ut peccatoris statum declaret, cujus anima ad bona opera facienda eandem difficultatem ac infirmitatem patitur, quam ad naturalia opera ex morbo corpus experitur. Hoc sensu Apostolus suis dicebat Christus: *Spiritus promptus est, caro autem infirma* (Matth. 26.).

Membrum, ait sanctus Thomas, dicitur esse infirmum, quando non potest perficere operationem membri sani, sicut oculus quando non potest clare videre. Sicut autem partes corporis dicuntur esse inordinatæ, quando non sequuntur ordinem naturæ, ita & partes animæ dicuntur esse inordinatæ, quando non subduntur ordini rationis. Sic ergo quando extra ordinem rationis vis concupiscibilis, aut irascibilis aliqua passione afficitur, & per hoc impedimentum præstat modo prædicto debitæ actioni hominis, dicitur peccatum esse ex infirmitate (1. 2. q. 77. art. 3. in corp.). Hæc infirmitas humiles reddere debet homines, non ideo solum quia illos a bono retrahit, quod vellent, & in peccatum præcipitat, quod sæpe nollent; sed præcipue quia peccati primi hominis pœna est. Ne igitur hac se excusent infirmitate, dum peccant; pudenda enim excusatio hæc est, & confusione plena. Hanc illi auxere infirmitatem peccata iterando, ea præsertim, quæ castitati adversantur. Illos imitantur infirmos, qui cum debiles jam sint ex morbo, intemperantia sua sanita-

nita-

nitatem omnino pessumdant, & languidi ad
fiunt, ut ad omne opus sint invalidi. De sua in-
firmitate possuntne hi ægri jure conqueri, cum
infirmitati causam intemperantia sua ipsi præ-
buerint?

Statendum porro est cum divo Thoma, appe-
titum, qui actum præcedit, quo est vehementior
eo peccatum plus imminuere; sicuti si actum se-
quatur, quo vehementior est, eo plus peccatum
augere. *Appetitus autem sensitivus* (ait sanctus
Doctor 1. 2. q. 77. art. 6.), *potest se habere ad
liberum arbitrium & antecedenter & consequenter.*
*Antecedenter quidem secundum quod passio appe-
titus sensitivi trahit, vel inclinatur rationem, vel vo-
luntatem. Consequenter autem, secundum quod
motus superiorum virium, si sint vehementes, re-
dundant in inferiores; non enim potest voluntas
intense moveri in aliquid, quin excitetur aliqua
passio in appetitu sensitivo. Si igitur accipitur
passio secundum quod præcedit actum peccati, non
necesse est quod diminuat peccatum, actus enim in-
tantum est peccatum, in quantum est voluntarius.*
*Passio autem consequens non diminuit peccatum,
sed magis auget, vel potius est signum magnitudi-
nis ejus, in quantum scilicet demonstrat intentio-
nem voluntatis ad actum peccati; & sic verum
est, quod quanto aliquis majori libidine, vel con-
cupiscentia peccat, tanto magis peccat. Quando
actus est omnino involuntarius, nullum adeo
peccatum, nisi causa passionis fuerit voluntaria;
tunc enim effectus ejus peccatum est, licet non in
illum directe voluntas feratur. Sic amens non
est peccati capax, si ejus amenia sit naturalis, se-*

si ebrîus, qui voluntarie inebriatus est, hominem in ebrietate occidat, homicidii reus est.

Nihil enim, (inquit sanctus Augustinus in Psalm. 122.), infirmius anima nostra, posita in mediis tentationibus sæculi, in mediis gemitibus, & parturitionibus molestiarum. Nihil ea infirmius, donec hæreat soliditati cælesti, & sit in templo Dei, unde jam non cadat. Hæc cælestis soliditas est Jesu Christi gratia, qui nobis robur reddit, quod peccatum abstulerat. Concupiscentia mentem nostram per ignorantiam infirmitat, gratia vero illuminat; illa voluntatem nostram corruptione inquinat, gratia purificat; illa liberum arbitrium quasi premit, & in servitutem redigit, gratia liberat, dum sibi subdit. Voluntas tanto sanior, quanto liberior: & tanto liberior, quanto divinæ voluntati subjectior. Hanc gratiam igitur petamus oportet, ut ab infirmitatibus nostris sanemur: nec de nostris viribus debemus præsumere, quasi perfecte fani essemus, aut infirmitates nostras per nosmetipsos vincere possemus, vel ex iis convalescere. Hoc jactabant Philosophi, hoc hæretici docebant Pelagiani, quorum istud erat præcipuum axioma: Sufficit homo ingenitis sibi motibus dare leges. Econtra, Evangelium docet, non posse hominem solis suis viribus pravos concupiscentiæ motus superare, vel iis diu resistere; sed oportere ut cælestem medicum invocet, clametque: Sana animam meam, quia peccavi tibi (Psalm. 40. v. 5.). Sanitatem ab eo sperare debemus, si sicut oportet, idest humiliter postulabimus. Non ergo, (inquit sanctus Augustinus in Psalm 102.), te sanabit quæ fecit

fecit te talem, qualis non ægrotares, si legem san-
 nitatis acceptam servare voluisses? Languore tuo
 expertus es quam ille vera iussisset; jam tandem
 aliquando homo quod non tenuit monitus, audis
 expertus. Hanc salutem si volueris, obtinebis.
 Ut hujus mundi divitiæ, honoresque acquirantur,
 non sufficit illa vehementer optare; sed hæc fe-
 nitas & multo est pretiosior, & consequetur vo-
 luntatem, id est illam si vere volumus, obtinebi-
 mus. De infirmitate nostra querimus, illam-
 que amamus: tristaremur, si hanc a nobis gratia
 auferret, & satis roboris tribueret ad passiones
 vincendas, quibus libenter servimus. Oportet
 igitur, ut infirmitatum nostrarum sanitatem veli-
 mus, eas odisse ac perfecte detestari; sine anxie-
 tate tamen eas oderimus, ac detestemur; anxietas
 siquidem ex amore proprio & superbia proficis-
 citur. Si vacui superbia essemus, non utique
 nos infirmitates nostræ turbarent; miraremur
 potius magnum aliquid a nobis agi, cum simus
 tam infirmi. Quoniam vero infirmitatem no-
 stram non cognoscimus, deque nostris viribus ni-
 mium præsumimus, si hæc nobis quandoque de-
 sint, tristamur, & sine modo aut ordine turba-
 mur. Fallimur, si hanc turbationem a contri-
 tione ortam putamus; contritio siquidem tran-
 quillus est dolor, qui ex caritate oritur, qui ho-
 minem omnia pati docet, & seipsum præcipue
 in suis infirmitatibus, supra quas tamen tolli cu-
 rat iis auxiliis, quæ sibi Religio offert (a).

(a) Inter humanæ infirmitatis peccata etiam, quæ
 ex metu committuntur, sunt collocanda. Est au-
 tem

Si vere infirmitates nostras noverimus, proximi infirmitates patienter feremus. Hoc Romanis Apostolus præcipit dicens: *Infirmum in fide assume. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere* (cap. 14. & 15.). Sed insita nobis superbia zelum quandoque induit, zelumque simulantes fratrum non miseremur, qui ex infirmitate peccant. Culparum nostrarum, quas ex infirmitate commissimus, facile obliviscimur; fratrumque culpas exaggeramus (a).

CA-

tem *Metus* futuri, & instantis periculi causa mentio trepidatio. Quodsi malum absolute, vel respective grave mentem torqueat; metus *gravis*; si leve, vel grave quidem, non tamen imminens animum pulsat, metus *levis* erit. Qui metu gravi adactus quidquam contra *legem naturæ*, atque adeo *intrinsece malum* committit, puta, qui metu mortis, exilii &c. Fidem negat, pejerat &c. graviter, attamen remissius quam absente metu, peccat; quia licet adhuc voluntarie, moraliter tamen minus libere legem violat. At qui ex gravi metu aliquid contra *legem positivam* adeoque non intrinsece malum; sed *malum quia prohibitum* perpetrat, puta, qui die jejunii comedit carnes; die Festo laborat &c. nædum a tanto, sed & a toto peccato excusatur; quia Legislatorem sive divinum, sive humanum ad res, ex se non malas, cum tanto dispendio omittendas &c. obligare suos noluisse, prudens, ac communis Epitkia suadet.

(a) Doctrina hæc iis præprimis est inculcanda Pœnitentibus, qui alieno in oculo festucam, in proprio nec trabem cernunt; qui toti in aliorum perfringendis defectibus occupati, de efficaci suorum

tum

CAPUT V.

Abominabilis Malitiæ exhibetur notio.

Quantum, qui ex infirmitate peccant, quam nimis diligunt, & cuius sanitatem a Deo postulant, sunt venia digni; tantumdem superbi & inverecundi peccatores sunt detestandi, qui sola malitia peccant, & Deo quasi prevalere volunt. Hi sunt, ut cum sacris Litteris loquamur, qui bibunt iniquitatem sicut aquam, qui os suum posuerunt in cælum, & dixerunt: Quis nosse dominus est? contra quos ait David: *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate* (Psalm. 51.)?

Peccata malitiæ committuntur, cum confidens homo hinc Dei legem, quæ actionem quam prohibet, inde actionis injustitiam, pernamque æternam, qua est punienda, illam voluntarie committit, Deum formaliter contemnens quem actione illa offendit. Magna est voluntatis inordinatio, si creaturam præ Creatore diligitur.

rum emendatione parum, aut nihil anguntur; in confessionali magis alios, quam se ipsos accusant; potius sua bene facta, quam male acta in eadem pharisaice enarrant, ac tandem quo minus se peccatores credunt, eo magis peccatores evadunt, eo abominabiliore Deo, quo sibi iustiores. Isti profecto tam facile ad veritatis agnitionem non pertingent, nisi a prudente Confessario excitati, ac mente humiliati cum Psalte regio quæ die ad Deum suspirent: *Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte; & cum Ecclesiastico*
A cæcitate cordis libera me Domine!

gat, quin eidem hanc præferat; at immane est crimen, hanc Creatori positive anteferre, illumque velle deferere, ut hac fruamur, idque patrare quod vetat, ut injuriam illi inferamus. Hoc pacto diabolum imitamur, qui ex sola malitia peccat, & mala operatur propter odium, quo Deum summe prosequitur.

Hæc malitia est *actualis*; sed illa *habitualis* appellari potest, quæ ex peccandi frequentia oritur, & male agendi est consuetudo. Sicuti enim boni habitus dicuntur virtutes, ita mali habitus vocantur malitia. Propterea mali peccare soliti semper ex malitia peccant; id eligentes ad quod ex malo habitu, qui quasi naturalis illis factus est, inclinantur (a). Secus enim agit qui *cum malo habi-*

(a) Omnes proin consuetudinarii, & occasionistæ, quousque remedia, malæ consuetudini, ac proximæ occasione tollendæ inservientia negligunt, ex malitia peccant. *Consuetudinarius* ille est, qui in certa materia, seu eadem specie delinquendi turpem facilitatem, ac proclivitatem per frequentatos actus contraxit. *Occasionista* audit, qui in iis versatur Circumstantiis, ex quarum natura, vel spectata singulari fragilitate probabilius apparet; inibi persistentem adhuc sæpius graviter lapsurum. Quodsi quis ejusmodi periculosum objectum, ac lubricas circumstantias studiosè alibi quaerit, occasio *extranea*: si sua in domo, vel in se ipso habeat, occasio *intranea* erit; & quidem *necessaria*, si eam absque gravi absurdo, & damno deserere nequeat, uti filiusfamilias; *libera* vero, si eam statim, aut proxime vitare valeat, uti famula domestica. Plerique consuetudinarii etiam occasionistæ; non econtra omnes occasionistæ si-

Godeau Theol. Mor. Pars I. P mul

habitu operatur, quam qui ex ipso habitu malum agit. Non semper ille ex malitia agit, ex alia potest causa operari, veluti ex passione, aut ignorantia; at qui ex pravo habitu peccat, semper ex malitia peccat. Qui enim malum habitum habet, amabile semper id putat, quod proprio habitui convenit, qui nova in illo est natura, quod autem illi sic convenit est amor creaturae in quo peccatum consistit: hinc semper ille se censetur eligere, ideoque peccare ex malitia.

multae consuetudinarii sunt. Titius cum lasciva femina, quam jam aliquoties turpiter adamavit, habitare pergens in proxima peccandi occasione nondum in consuetudine hæret; hæc tamen brevi suborietur, radicesque figet eo firmiores, quod diuturnior peccandi fuerit occasio. Sicut consuetudinem, ita & proximam peccandi occasionem, ceu illius causam vitare in re gravi sub gravi obligamur; vel saltem, si occasio necessaria sit, solerti remediorum usu proximam in remotam transmutare. Negligens, aut omnino renuens abolitionis beneficio indignum se exhibet. Mitiorum agendi modum exigere videtur, qui in occasione necessaria; severiorem, qui in occasione libera; severissimum, qui in occasione extranea persistens post plures admonitiones est deprehensus. Vid. *Instruct. Confessariorum S. Caroli Borromei*.

Huc spectant duæ propositiones ab Innocentio XI. an. 1679. damnatæ. Prima, inter damnatas num. 62, ista est: *Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis aut honesta non fugiendi occurrit.* Altera num. 63.: *Licitum est querere directe occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel proximi.*

Profecto peccantes ex malitia gravius peccant, quam peccantes ex passione; quod sanctus Thomas triplici probat ratione. *Primo quidem, quia cum ex certa malitia peccatur, motus peccati est magis proprius voluntati quæ ex seipsa in malum movetur; unde peccatum ex hoc ipso, quod est ex malitia, aggravatur, & tanto magis, quanto fuerit major malitia: ex eo vero, quod est ex passione diminuitur tanto magis, quanto passio fuerit magis vehemens. Secundo quia passio, quæ inclinat voluntatem ad peccandum, cito transit, & sic homo cito redit ad bonum propositum; sed habitus, quo homo ex malitia peccat, est qualitas permanens, & ideo qui ex malitia peccat, diutius peccat. Tertio quia isle, qui peccat ex certa malitia, est male dispositus quantum ad ipsum finem, qui est principium in operabilibus; & sic ejus defectus est periculosior, quam ejus qui ex passione peccat, cujus propositum tendit in bonum finem, licet hoc propositum interrumpatur ad horam propter passionem (1. 2. qu. 78. art. 4. in corp.).*

Ex hac malitia, ut docet divus Thomas (1. 2. quæst. 79. art. 3.), homo obduratur, quod maximum est supplicium, quo in hac vita peccator a Deo punitur, Deus, ait Apostolus, *cujus vult miseretur, & quem vult indurat (Rom. 9.)*, idest hominem deserit, ut illum juste pro commissis peccatis puniat, & gratiam, qua indignum se reddidit, illi denegat. Nam hominem Deus indurat, non impertiendo malitiam; hoc siquidem Dei bonitati repugnat, sed non largiendo gratiam, quod justitiæ ejus convenit. *Et hoc (ait idem*

sanctus Augustinus epist. 109.) dicitur obdurari peccatores quosdam, quia non eorum miseretur non quia impellit ut peccent. Item: Sic excæcatur sic obdurat Deus deserendo, non adjuvando, quod occulto iudicio potest, iniquo non potest. Ecce deserit peccatorem, ecce non vocat, ecce non aperit sensum, ecce non infundit gratiam (in Psalm. 47.) Non est mirandum, si peccatores in hoc statu manifesta non vident, cum tot tenebris eorum velentur oculi, ut nihil videant. Quid mirum, si cælestia non suspiciunt, qui & in terrena sunt perverti, & dorsum eorum semper incurvum est? Hoc quem diximus, modo cor Pharaonis, sic merito Deus obduravit: & quis dubitet hunc Regem in iis peccasse, quæ contra Deum, ejusque populum operatus est? Post hanc obdurationem peccatum quod ejusdem est pœna, verum peccatum est; & quid peccatum mereatur, indicat pœnæ meritum, cum peccatores & per ipsam pœnam etiam malè operantur.

CAPUT VI.

Peccata contra Spiritum Sanctum breviter exponuntur.

Doctores quidam (ut docet divus Thomas 2. quæst. 14. art. 1.) putant idem esse peccatum ex certa malitia ac peccatum contra Spiritum sanctum. Dicunt enim peccatum in Spiritum Sanctum esse, quando aliquis peccat contra appropriatum bonum Spiritui Sancto, cui appropriatur bonitas, sicut Patri appropriatur potentia, & Filio sapientia. Unde peccatum in Pa-

tem dicitur esse, quando peccatur ex infirmitate: peccatum autem in Filium, quando peccatur ex ignorantia: peccatum autem in Spiritum Sanctum, quando peccatur ex certa malitia, idest ex ipsa electione mali. Quod quidem contingit dupliciter. Uno modo ex inclinatione habitus vitiosi, qui malitia dicitur; & sic non est idem peccare ex malitia, quod peccare in Spiritum Sanctum. Alio modo contingit ex eo, quod per contemptum abjicitur & removetur id, quod electionem peccati poterat impedire, sicut spes per desperationem, & timor per præsumptionem, & quedam alia hujusmodi. Hæc autem omnia, quæ peccati electionem impediunt, sunt (ut ait Apostolus) effectus Spiritus Sancti in nobis. Et ideo sic ex malitia peccare, est peccare in Spiritum Sanctum.

Dicit Dei filius in Evangelio: Quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro (Matth. 12.). Illorum hic blasphemiam innuit, qui de Filio hominis dixerant non solum: Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus (Matth. 11.): sed insuper addebant: In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia (Luc. 11.); quibus ille respondit: In digito Dei ejicio dæmonia. Erat igitur contra Spiritum Sanctum blasphemia tam horribilis contra Christum calumnia.

Putat Sanctus Ambrosius peccatum contra Spiritum sanctum esse schisma & simoniam. Spiritus sanctus est Ecclesiæ pax, spiritus quo animatur,

matur, & qui in unitate corpus ejus conseruat. Propterea qui novis opinionibus Ecclesiam turbant, qui schismata inter fideles fovent, qui ejus corpus seu Christum scindunt, immane peccatum committunt. Maximum reipublicæ malum est civile bellum; maximum vero Ecclesiæ malum est schisma, nec aliquid omittendum est, ut illud evitetur; oportet etiam, ut olim Africani fecerunt Episcopi, aliquo modo ecclesiasticos violare canones, ut illud impediatur, aut sanetur: parva siquidem hæc disciplinæ vulnera utiliter (ut sanctus Augustinus *Enchir. c. 82. serm. 11. de Verb. Domini, & de Serm. Dom. in monte*) utilitate compensantur, quam servant.

Sex communiter cum divo Thoma assignantur species peccati in Spiritum sanctum, scilicet desperatio, præsumptio, impænitentia, obstinatio, impugnatio veritatis agnitæ, invidentia fraternæ gratiæ. Avertitur enim homo ab electione peccati ex consideratione divini judicii, & per spem ex consideratione misericordiæ; & hoc tollitur per desperationem. Et iterum per timorem qui consurgit ex consideratione divinæ justitiæ; & hic tollitur per præsumptionem. Dona autem Domini quibus retrahimur a peccato sunt duo, quorum unum est agnitio veritatis, contra quod ponitur impugnatio veritatis agnitæ; aliud est auxilium interioris gratiæ, contra quod ponitur invidentia fraternæ gratiæ. Ex parte vero peccati duo hominem a peccato retrahere possunt. Quorum unum est inordinatio actus, cujus consideratio inducere solet in homine pænitentiam; & contra hoc peccatum

nitur impænitentia, secundum quod importat propositum non pœnitendi. Aliud est parvitas boni, quod quis in peccato quærit, cujus consideratio inducere solet hominem ad hoc, quod ejus voluntas in peccato non firmetur; & hoc tollitur per obstinationem, quando scilicet homo firmat suum propositum in hoc, quod peccato inhæreat (2. 2. quæst. 14. art. 2.).

Verum ut proprie loquamur, summum contra Spiritum sanctum peccatum est vel erroneas opiniones in Ecclesiam invehere, vel agnitam veritatem impugnare, sive errore judicii, seu superbia, seu pravo alio affectu. Spiritus enim sanctus Doctor est Ecclesiæ, qui illam docet omnem veritatem: *Docebit vos omnem veritatem* (Joan. 16.); lumenque largitur ad veritatem cognoscendam, & robur ad tuendam. Quamobrem qui prava doctrina veritatem corrumpit, aut illam docentes impugnat, atque infestatur, hic Spiritus sancti personam lædit, & impugnat.

Peccatum hoc neque in hoc, neque in futuro sæculo remittendum Dei Filius pronuntiavit, ut diximus, subditque sanctus Augustinus: *Tanta est labes hujus peccati, quod humilitatem deprecandi subire non potest.* Non absolute est id intelligendum, nullum enim est peccatum, quod Dei misericordia non possit dimittere; sed juxta naturam peccati contra Spiritum sanctum, quod hominem ab iis removet, quæ peccati veniam impetrare possunt, summamque in peccatore maligniam supponit, quæ ad finalem impænitentiam plerumque perducit.

SECTIO III.**DE
PECCATIS CAPITALIBUS.****CAPUT I.***Superbiæ descriptio, ejusque species.*

Superbia inordinatus est propriæ excellentiæ amor, ipsaque in cælo Angelum peccati reum fecit. In terrestri autem Paradiso Adamo peccandi ansam dedit, cunctisque postea hominibus peccandi causa fuit. Hoc axioma protulit Ecclesiasticus: *Initium omnis peccati superbia (cap. 10.)*. Peccavit Angelus, quia similis voluit esse Altissimo: *Ero similis Altissimo (Isaiæ 14.)*. Peccavit primus homo, quia voluit esse sicut Deus sciens bonum & malum, & loco subdendi se Deo veluti principio suo, voluit superbiæ motu, & propriæ excellentiæ amore divino se subtrahere imperio. Homo, qui per originale peccatum desiderium idem hæreditavit, Deum imitari quaerit in iis, quæ committit, peccatis, sed perverse & impie, ut inquit sanctus Augustinus: *Perversè te imitantur omnes, qui longe se a te faciunt, & extollunt se adversum te (Conf. l. 1.)*. Deus est Deus, quia seipso delectatur, nec ab alio dependet. Sic peccator Dei præceptum violat, ut se ipso vel creatura delectetur, & ut divinæ legis iugum exequat, ideoque (inquit sanctus Thomas

Superbiæ descr. ejusque species. 233

1. 2. quæst. 84. art. 2.) „Superbia differt a cupiditate; quia cupiditas respicit peccatum ex parte conversionis ad bonum commutabile, ex quo peccatum quodammodo nutritur; & propter hoc cupiditas dicitur *radix*: Sed superbia respicit peccatum ex parte aversionis a Deo, cujus præcepto homo subdi recusat, & ideo vocatur *initium* quia ex parte aversionis incipit ratio mali. Et hæc quidem quamvis vera sint, tamen non sunt secundum intentionem Sapientis, qui dicit: *Initium omnis peccati est superbia*. Hæc proprie est hominis post peccatum corruptio, humanæ naturæ universale venenum; hic morbus est, qui sanos etiam inficit, occulta, difficilisque præ cæteris infirmitas. Postquam Christum diabolus gula tentavit, illi proponens, ut lapides in panem mutaret, & curiositate, illi suadens, ut e pinna templi se præcipitem daret, & experiretur, an sibi Deus opitularetur; demum excellentiæ, dignitatisque supra cæteros desiderio illum tentavit, omnia mundi regna illi ostendens, ac promittens, si cadens ipsum adoraret. Sed victus consummata omni tentatione diabolus recessit ab illo (Luc. 4.).

Sanctus Gregorius quatuor superbiæ species enumerat inquit: *Quatuor quippe sunt species, quibus omnis tumor arrogantium demonstratur: cum bonum aut a semetipsis habere se aestimant: aut si sibi datum desuper credunt, pro suis se hoc accepisse meritis putant: aut certe cum jactant se habere, quod non habent: aut despectis cæteris singulariter videri appetunt habere, quod habent* (lib.

23. *Moral. cap. 6.*). Prima igitur superbiæ species est, bonum sive temporale, sive spirituale gratiæ, quod a Deo accepimus, sibi tribuere. Propterea sanctus Augustinus ingratos vocat Pelagianos, qui gratiæ Jesu Christi necessitatem negabant, & contra ipsos ejusdem discipulus sanctus Augustinus Prosper eximium suum Poema scripsit, quod *adversus Ingratos* appellavit. Caveant itaque Christiani, ne bonæ suæ indoli, ingenio, virtutis diligentia, labori bona opera tribuant, quæ faciunt. Hæc est diabolica superbia; sibi que semper illud debent repetere: *Quid habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris* (1. Cor. 4.)? Hæc maxima est superbia, & proprie diabolica: Lucifer enim a semetipso habere voluit, quod a Deo habuerat, illique non subici; se æqualem esse: *Et ero, inquit, similis Altissimo* (Isaiæ 14.). Ideo Ethnicorum sibi adorationes comparavit, nempe injustum & crudele in illorum imperium exercuit.

Secunda superbiæ species est, bona quidem gratiæ seu spiritualia, quæ habemus, a Deo perfecta fateri, sed ea putare propter nostra merita nobis concessa, aut labore nostro parta. Hunc præ cæteris errorum sacræ Litteræ condemnant. In Deuteronomio Israelitas sic Moyses admonet: *Ne dicas in corde tuo, fortitudo mea, & robur manus meæ hæc omnia mihi præstitērunt* (cap. 8.). In Proverbiis Salomon ait: *Ne inittaris prudentiæ tuæ.* Interrogat sanctus Augustinus: *Quis est superbus?* & responder: *Qui illa ipsa pauca quæ videtur habere, bona sibi arrogat, & derogat*

misericiæ Dei (in Psalm 93.). Pelagianorum hic est error, qui gratiam secundum merita dari asserabant, quod ejusdem nomen, naturamque destruit, ut ait Apostolus: *Si gratia, jam non ex operibus; alioquin gratia jam non est gratia* (Rom. II.). In hoc peccatum spirituales homines, nisi diligenter sibi caveant, facile labuntur: peccati siquidem corruptione fit, ut, quæ facit bona, homo sibi arroget, & Deum remuneratorem potius, quam misericordem arbitretur. Nil tamen magis, quam hæc superbia, Deum offendit; suosque Christus discipulos in Evangelio sic monet: *Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: Servi inutiles sumus* (Luc. 17.).

Tertia superbiæ species est, jactare se habere quod quis non habet, aut plus quam vere habet. Adversus hoc vitium in Apocalypsi sanctus Joannes sic loquitur: *Dicis, quod dives sum, & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus* (cap. 3.). Ex erronea opinione, qua merita nostra metimur, hoc peccatum proficiscitur: ex laudibus, quas nobismet ipsis tribuimus, & ex bonorum operum narratione, quæ ipsi fecimus, quorum meritum perfectionemque exaggeramus. Glorioso homine nil in civili societate odiosius; at in christiana republica nil hac jactantia iniquius, nisi in spiritu apostoli Pauli fiat. In secunda ad Corinthios epistola se ipse laudat, & a se habitas visiones recenset: tres tamen aut quatuor parentheses interserit, quibus suam accusat stultitiam, ostenditque

que

que invitum se loqui. *Utinam, inquit, sustineritis modicum quid insipientiæ meæ. Alioquin velut insipientem accipite me, ut ego modicum quid glorier. In insipientia dico (2. Cor. II.).*

Quarta superbiæ species est, se aliis antefere, illosque extollendi se causa aspernari. Talis est Pharisæi superbia, quem in Evangelio Dei filius tam acriter reprehendit: *Non sum sicut cæteri hominum, & velut etiam hic publicanus (Luc. 18.).* Sic loquens multipliciter peccabat. Primo quia ore solum, non corde, de bonis suis operibus gratias Deo agebat, & revera sibi metipsum placebat: secundo non solum sibi metipsum placebat, sed anteferebat se cæteris, suaque facta laudabat: tertio se peccatorem esse negabat: *Non sum sicut cæteri hominum, raptores, injusti;* quarto proximum suum notabat: *velut hic publicanus;* quasi monere Deum voluisset, quantum ab aliis ipse distaret, & simul temere fratrem suum judicans. Quamobrem de duobus hisce hominibus ita loquitur sanctus Augustinus: *Ille superbus erat in bonis factis, ille humilis in malis actis. Videte, fratres: magis placuit Deo humilitas in malis actis, quam superbia in bonis factis. Sed Deus odit superbos. Ideo sic conclusit: Amen dico vobis, descendit hic justificatus in domum suam. Hæc est ergo disciplina christiana, nemo facit aliquid bene nisi gratia ipsius: quod facit homo male, ipsius est hominis. Cum cæperit facere bene, non sibi tribuat; gratias agat ei, a quo accepit. Cum autem bona facit, non insultet ei, qui illud non facit, ut extollat se super illum.* Non

Non enim in illo finita est gratia Dei, ut ad alium non perveniat.

Quamvis autem omnibus hisce modis superbiæ peccatum committatur, non semper tamen est mortale. Nam ut mortale peccatum sit superbia, oportet primo se comparare Deo, vel anteferre, aut Deo contempto, excellentiam aliquam sibi tribuere: oportet secundo propriam excellentiam ita diligere, ut propter illam conservandam, vel acquirendam quis sit paratus Dei mandata violare: tertio oportet propriæ excellentiæ amore vel cura proximum odisse, illumque injuriis aut calumniis lædere. Hoc attendere illi debent, qui causam falso prætexentes honoris familiæ suæ aut communitatis tuendi, aut zelo pessimo illas celebrandi, alios homines aut communitates calumniis opprimunt, aut illorum famam malis artibus lædunt (a).

CAPUT

- (a) Remedia Superbiæ tumorem supprimentia generatim eadem sunt, quæ humilitatis adjumenta, speciatim vero hæc: 1. Sæpe humilitatem a Deo petere. 2. Quotidie suum nihilum, suamque infirmitatem considerare. 3. Suos nævos, ac prope modum infinitos contra Dei legem excessus seria mente revolvere. 3. Superborum, quibus Deus resistit, pœnas, ac finalem interitum ex historia tum sacra tum profana sæpe perpendere. 4. Humilium tranquillitatem, ac tam apud Deum, quam apud hominès in gratia profectum meditari. 5. Bonæ ac puræ intentioni de mane faciendæ,

CAPUT II.

*Superbiæ infaustæ enumerantur
Filiæ.*

Plures perversæ filiæ juxta S. Thomam (2. 2. q. 162. art. 4.) e superbia nascuntur; primo inanis gloria; secundo jaëtantia; tertio hypocrisis; quarto contentio; quinto discordia; sexto obstinatio; septimo curiositas; octavo novitium amor; nono ambitio; decimo inobedientia tandem hæresis, de qua inquit Sanctus Augustinus: *Diversis in locis diversæ sunt hæreses, sed una mater superbia omnes genuit.* De singulis istarum perversis filialibus nonnulla dicemus.

§. I.

Cenodoxia, seu inanis gloria.

Inanis gloria est juxta S. Th. (2. 2. q. 132. art. 1.) inordinatus gloriæ appetitus; gloria autem est clara cum laude notitia. Superbia est excellentiæ desiderium; inanis vero gloria est desiderium, ut hæc excellentia innotescat, & bonas nostras qualitates, ac dona omnes sciant, & cognoscant. Hoc desiderium non semper est peccatum; sed solummodo, cum hoc desiderium ex bonis oritur, quæ non habemus: 2do cum plus gloriæ desideramus,

dæ, & interdum ante nobiliora opera renovandæ assuescitur. 6. Sæpius in faciem Jesu Christi, e cruce penduli, ad mortem usque humilitati respicere, & virtutem humilitatis ex tota ipsius vita discere.

mus, quam meremur: 3tio cum de malo gloria-
mur: 4to cum hoc desiderium caret bono fine
veluti Dei gloria, honore Ecclesiae, proximi sa-
lare, aut peculiari utilitate, sive corporali, sive
spirituali, quae recta sit; si enim hi fines adsint,
non peccatur. Discipulis suis dicebat Christus:
*Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant
opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum,
qui in caelis est (Matth. 5.).* Gratis se Evange-
lium praedicasse gloriatur Apostolus, & ait: *Bo-
num est mihi magis mori, quam ut gloriam meam
quis evacuet (1. Cor. 9.)*: deinde subdit: *Pro-
videmus enim bona non solum coram Deo, sed
etiam coram hominibus (2. Cor. 8.).* Bona fama
Episcopus & Parochus indigent, ut recte mune-
ra sua exerceant; & ideo gloriam iis optare licet.
Si vero gloria quaeritur, ut peccatum aliquod
committatur; exempli gratia, cum vir nobilis ad
bellum pergat, strenuusque optat haberi, ut mu-
lieri placeat, illamque fallat; vel ut non meritam
dignitatem obrineat, aut peccatum aliud commit-
tat: tunc famam optans inanis gloriae peccatum
committit.

Valde subdolum est hoc peccatum, proprium-
que cor diligenter nobis est examinandum, cum
gloriam optamus. Facile namque fallimur, pro-
priamque gloriam optare nos credimus aut pro-
pter Deum, aut propter proximum, aut propter
officii nostri exercitium; & propter nos ipsos
plerumque gloriam optamus: tutius est hoc de-
siderium compescere. Quemadmodum enim
prava opera sunt vitanda, quae nos apud homi-
nes

nes dehonestant; ita bona non sunt facienda, ut humanas laudes captemus, multoque minus nem nostrum in hac gloria collocare debemus. Pharisæos Dominus arguit, qui opera sua bonam voluntatem faciebant, ut viderentur ab hominibus, et illosque affirmat recepisse mercedem suam. Discipulos vero suos ita monet: *Te autem faciens elemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua: & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi (Matth. 6.).* Adeo secreto elemosyna est facienda, ut, etsi oculos sinistra habere, quid faciat dextera, non videat.

Gloriæ desiderium omnes Ethnicorum virtutes moderabatur: magna non ordiebantur, nec affectus suos regebant, nisi ut hominum gloriam aucuparentur; atque inter ipsos gloriæ amor magni animi erat indicium. Veruntamen hoc eorum virtutes corrumpebat, dumque hominibus probi & integri videbantur, rei apud Deum fiebant. Non sic Christianis agendum: bonum ideo faciunt, quia bonum est, & a Deo præceptum, non hominum laudes aut æstimationem quarunt. Conscientia sua contenti sint, Deique oculis. Satorum imitentur, qui ait: *Ego non quero gloriam meam: est qui quærat, & iudicet (Joan. 6.).* Cum a seipso sit homo miser & mendax, non habet, unde gloriatur: quæcumque habet bona, a Deo accepit. Deo igitur solum danda est gloria, alioquin homo fur impius est, qui bonis meritis spoliari, e quibus gloriam injuste sibi vendicat. Porro Christianus Christum præcipue imitari debet.

bet, qui opprobriis plenam vitam duxit, eaque ita amavit, ut iis saturari voluerit.

§. II.

Jactantia.

Jactantia sæcularibus etiam hominibus est odiosa; at in iis, qui veram pietatem profitentur, longe est detestabilior. Ex simplicitate nonnulli cuncta sua bona opera omnibus narrant, gratias quas a Deo accipiunt, omnesque cordis sui latebras: imprudentes saltem hi sunt; & interdum vani; etenim *sacramentum regis abscondere bonum est (Tob. 12.)*. Non ad omnes, qui audiunt, hæc pertinent, & hæc narratio ridiculos aut vanos ostendit, qui ista recitant, & pietatis opera contemptui exponit.

Jactantia, ut eam communiter Theologi definiunt, est inordinata propriæ excellentiæ manifestatio ultra id, quod in se est, aut alii judicant. Ex inordinatione præcipue est peccatum; nam si ex caritate quis loquitur, sicut Sanctus Paulus dum suas narrat visiones, recte is ageret. Quod si quis de peccato se jactet, novum peccatum committit; maximumque hoc est sæcularium hominum crimen, qui ea inverecunde prædicant, quorum esset illis erubescendum. Hujus se peccati Sanctus Augustinus accusat, veniamque a Deo poscit: *Et præceps, inquit, ibam tanta cæcitate, ut inter coætaneos meos puderet me minoris dedecoris, cum audiebam vos jactantes flagitia sua, & tanto gloriantes magis, quanto magis turpes essent, & libebat facere, non solum libidine facti, verum*
Godeau Theol. Mor. Pars I. Q etiam

etiam laudis. Quid dignum est vituperatione vitium? Ego ne vituperarer, vitiosior fiebam, ubi non suberat, quo admissio æquarer perditio fingebam me fecisse quod non feceram, ne viderer abjectior, quo eram innocentior, & ne vilior haberer, quo eram castior (lib. 2. Conf. cap. 3.)

Jactantia etiam peccatur, cum proximo injuria. Medicus exempli gratia se nimium stans infirmis, ut in se confidant, persuadet, sed que ignorantia illos interficit: hic mortaliter peccat. Idem de avvocato dicendum, qui clientibus persuadet, ut sua sibi negotia committant quæ inscitia sua labefactat: hic ad restitutionem tenetur.

Peccatum mortale est jactantia, quando cum Dei injuria & contemptu est conjuncta; veluti quis bonum opus sine Dei auxilio se fecisse jactaret: vel cum gravem proximi contemptum nexum habet; veluti si miles, ut sua merita exageret, ignaviæ alios accusat; aut si Judex collegas suos inscitiae, aut injustitiae arguit.

§. III.

Hypocrisis.

Hypocrisis juxta S. Thomam (2. 2. q. III.) est simulatio virtutis. Verbis autem, aut operibus virtus fingi potest; operibus, quando aliqua exterior actio virtutis fit, quæ non habetur; verbis, quando ita quis loquitur, quasi talem haberet virtutem. Exempli causa impudicus

stam aliquam actionem facit, ut populum fallat, aut ut vitium suum celet, ac si vere castus esset, de castitate loquitur: se probum aliquis fingit, ut Beneficium obtineat, quod hoc ævo sæpe fortasse evenit. Inquit Job: *Spes hypocritæ peribit. Non enim veniet in conspectu ejus omnis hypocrita. Congregatio hypocritæ sterilis. Gaudium hypocritæ adinstar puncti; si ascenderit usque ad cælum superbia ejus, & caput ejus nubes tetigerit, quasi sterquilinum in fine perdetur, & qui eum viderant, dicent: Ubi est? Tollet eum ventus urens, & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco suo (cap. 8. 13. 15. 20. 27.): Ecclesiastici autem ore ita nos hortatur Spiritus Sanctus: Ne accesseris ad Dominum duplici corde, ne fueris hypocrita in conspectu hominum, & non scandalizeris in labiis (cap. 1.).* Jeremias vero de hypocritis ait: *Sagitta vulnerans lingua eorum locuta est, in ore suo pacem cum amico loquitur, & occulto ponit ei insidias (Jerem. 9.).*

Maximum Phariseorum crimen, quod illis Dei filius objicit, est hypocrisis: ob hanc insolitas in illos maledictiones jactat: *Væ vobis, Pharisei hypocritæ, quia similes estis sepulcris dealbatis, quæ a foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia (Matth. 15.).* Profecto nihil Deo odibile magis, quam hypocrisis. Sic enim agit hypocrita, quasi virtutis specie Deum fallere posset, qui est scrutator cordium, horumque penetrat abyssos. Proximum sane fallit, & mala innumera societatibus affert, sive civilibus, sive religio-

sis. Hinc mali existunt Superiores, qui ovium pelles induunt, intrinsicus autem sunt lupi rapaces. Cajetanus asserit (*in 2. 2. quæst. 111.*) etiamsi quis esset hypocrita, & virtutem simuleret, ne scandalum proximo præberet, hunc tamen peccaturum; hoc enim esset mendacium, & omne mendacium, utpote veritati contrarium est peccatum.

§. IV.

Contentio.

Contentio juxta S. Thomam (*2. 2. quæst. 38.*) est sermo, quo veritas ab alio defensa impugnatur. Non est igitur peccatum de Religionis veritatibus exercitii causa disputare, ut in Schola christianis fit; at contra veritatem ab Ecclesia propositam disputare, ut illa destruat, & nova invenitur opinio, ambitionis aut æmulationis animo maximum proculdubio est peccatum. Timeant, qui tot novas ediderunt opiniones sive contra dogmata, sive contra mores, & qui tot libris illas tueri conati sunt. Nil Religioni periculosius, nil fidei simplicitati, quæ dogmata non examinat, nec nova quærit, solamque Ecclesiæ doctrinam recipit, ac prædicat, magis adversum.

Ex animi superbia contentio passim oritur, qui ad ingenii ostentationem aliorum sententiis acquiescere dedignatur, Timendum vero, ne tandem in errorem prolabatur, suumque Deus lumen iis auferat, qui ex præsumptione veritatem impugnant. Sanctus Paulus de mulierum more

loquens, quæ velatæ Ecclesiam ingrediuntur, ait: Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus (1. Cor. 11.). Vox φιλονικος, qua utitur, significat victoriæ amantem, qui enim disputant magis plerumque fatigant, ut ipsi vincant, quam ut vincat veritas. Initio veritatis amor propositionem, quam veram credimus, tueri nos cogit; sed paulatim illam, quia nostra est, tuemur. Si disputatione solum tueretur, minus peccaremus; sed sæpe injurias, calumnias, malas artes in adversarios addimus, non modo contra veritatem, sed contra caritatem etiam & justitiam. Propterea Apostolus inquit: Ambulemus non in contentione, & æmulatione (Rom. 13.); & Corinthios sic arguit: Carnales estis, cum sit inter vos zelus, & contentio (1. Cor. 3.); & contentionem inter carnis opera recensens ait: Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, inimicitia, contentiones, ira, rixæ (Galat. 5.). Philippenses admonet, ut nihil per contentionem agant (Philipp. 2.). Quæ contentionem a spiritu Religionis longe abesse declarant, summoque a nobis studio fugiendam.

§. V.

Discordia, & Obstinatio.

Discordia juxta S. Thomam (2. 2. quæst. 37.) est voluntatum contrarietas circa idem obiectum. Modo mortale peccatum est, modo veniale, interdum nullum. Discordia quando scienter & ex intentione dissentit a bono divino, & proximi bono, in quo debet consentire, est peccatum mortale

le ex suo genere; & propterea summe inter illos
perniciosa est, qui Rempubicam administrant.
Fidelibus Apostolus nil magis commendat, quam
eorundem sensuum unionem. Ad Romanos
scribens orans ait: *Deus det vobis idipsum sapere
in alterutrum, ut unanimes & uno ore honorifi-
cetis Deum (Rom. 15.).* Corinthios sic hortatur:
*Obsecro vos per nomen Domini nostri Iesu
Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in
vobis schismata: sitis autem perfecti eodem sensu,
& in eadem sententia (1. Cor. 1.).* Secundo ad
Ephesios capite idem illis inculcat dicens: *Esse
cives sanctorum, & domestici Dei superædificati
super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum,
ipso summo angulari lapide Christo Iesu.*

Porro id propterea tam sollicitè monet Apostolus,
quia *multi unum corpus sumus in Christo, singuli
autem alterius membra (Rom. 12.).* Particularis
vero cupiditas discordiam parit; neque
certius aliud est indicium esse aliquem diaboli
filium, quam esse discordiæ amantem.

Obstinatio est propriæ sententiæ adhæsiō; &
potest esse mortalis, quando agitur de proximi
salute, vel gravi negotio, aut de aliqua fidei veritate.
Exempli causa medicus in consultatione, ubi
de ægri vita agitur, non vult meliori aliorum
sententiæ acquiescere, sed suam sequens infirmum
mortem affert; hic mortaliter peccat. Similiter
Doctor, qui sententiam suam mutare renuit,
quamvis falsam esse noverit, mortaliter peccat
obstinate defendens. Ex superbia hoc vitium
nascitur.

nascitur, quæ cæteris præesse vult, quæ se falli posse non putat, aut veritatem demum agnoscens, in errore se fuisse renuit fateri. Contra christiana humilitas docet sibimetipsi non fidere, & robur ad malum pudorem vincendum tribuit, qui testimonium reddere verat veritati, quam diu nescivimus, aut impugnavimus. Obstinatio interdum constantia vocatur; attamen ab hac virtute longe illa distat. *Non ideo, inquit sanctus Augustinus, suscipienda est pertinacia, quia optanda est constantia. Nam sicut constantia non sinit hominem depravari, sic pertinacia non sinit hominem corrigi: proinde sicut illa laudanda, sic illa emendanda est.*

§. VI.

Curiositas.

Sanctus Joannes Apostolus ait: *Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ (1. Joan. 2).* In prima comprehenditur curiositas, quæ definitur inordinatus sciendi appetitus.

Homo cum scientia creatus est, Deum Creatorem suum cognoscebat, cognoscebat seipsum, & creata omnia, quibus veluti dominus imperabar; sed propter peccatum in ignorantiam lapsus est, & Deum, seipsum, cæteraque omnia ignoravit. In ignorantia nascimur, quia peccati Adæ heredes sumus: sensum tamen aliquem primæ illius scientiæ conservamus, a quo sciendi desiderium proficiscitur. Quando rationi hoc desiderium non parer, & propter solam sciendi voluptatem

tatem nos ad sciendum sollicitat, curiositas ap-
 pellatur. Hæc concupiscentia mentem lædit, &
 omnes exteriores sensus corrumpit; non solum
 enim delectabilia quærit, sed illa etiam quæ vo-
 luptate carent, ut ea experiatur. Mala potius
 curiositate, quam voluptate quidam illecti in pec-
 catum lapsi sunt, quod corpus violat Spiritus
 Sancti templum. De amico suo Alipio sanctus
 Augustinus hæc narrat: *Cum dicerem multum in-
 teresse inter illud, quod ipse raptim & furtim ex-
 pertus esset, & delectationes consuetudinis meæ, ab-
 quas si accessisset honestum nomen matrimonii, non
 eum mirari oportere, cur ego illam vitam nequi-
 rem spernere; cæperat & ipse desiderare coniu-
 gium, nequaquam victus libidine talis voluptatis,
 sed curiositatis. Dicebat enim scire se cupere quon-
 iam esset illud, sine quo vita mea, quæ illi sic pla-
 cebat, non mihi vita, sed pœna videretur* (Con-
 fess. lib. 6. cap. 12.). Aliud quoque exemplum
 de eodem Alipio (*ibidem cap. 8.*) narrat idem
 sanctus Doctor inquiens: *Romam præcesserat, ut
 jus disceret, & ibi gladiatorii spectaculi hiatu in-
 credibili & incredibiliter abreptus est. Cum qui-
 dam ejus amici, & condiscipuli familiari violentia
 duxerunt in amphitheatrum crudelium, & sum-
 morum ludorum. Quo ubi ventum est, cum cla-
 mor ingens totius populi vehementer eum pulsasset,
 curiositate victus aperuit oculos, immanitatem si-
 mul ebibit, & non se avertit, sed fixit aspectum;
 & hauriebat furias, & nesciebat, & cruenta vo-
 luptate inebriabatur: & non erat jam ille qui ve-
 nerat, sed unus de turba ad quam venerat. Ve-
 hemens adeo in Alipio hæc curiositas evasit, ut*

solo

solo omnipotentis Dei auxilio illam vicerit, quemadmodum idem refert Augustinus Deum sic alloquens: *Et inde tamen manu validissima & misericordissima eruisti eum, & docuisti non sui habere, sed tui fiduciam.*

Oritur etiam ex hac curiositate cupiditas sciendi futura & curiosa ope Astrologiæ judiciariæ, aut alius divinationis, vel magiæ. Plerique absque scrupulo suæ nativitatis horoscopum exquirunt; & quod pejus est, fidem hominibus illis adhibent, de quibus præclare ait Tacitus: *Genus hominum petentibus infidum, sperantibus fallax, quod nostra civitate semper vetabitur, & retinebitur (Hist. lib. 1.).* Verus christianus Deo dicit: *In manibus tuis sortes meæ (Psalm. 30.):* se totum Omnipotentis voluntati subjicit, sui que curam illi comittit, nec de die crastino est sollicitus, sciens bonum patrem esse Deum, qui erga filios misericordiarum est pater, & Deus totius consolationis. Quatuor modis curiositate peccatur: primo ratione subjecti, secundo objecti, tertio finis, quarto circumstantiarum. Ratione objecti diversimode peccatur: quando scilicet aliquid scire cupimus neque proprio muneri, neque Dei gloriæ, neque proximi utilitati necessarium. Sic Sacerdos aut Religiosus, qui scientiis curiosis, veluti Physicæ, Mathematicæ, Mechanicæ, Politicæ nimis incumberet: in iisque tempus suum tereret, profecto peccaret; hæc siquidem scientiæ parum illum juvant, ut suo recte munere fungatur, aut proximo profit; atque hæc curiositas Ecclesiæ non honorem, sed scandala sæpe parit.

parit. Ideo Canones scientias curiosas Clerici prohibent; quia plerumque religionis spiritum & fidei humilitatem extinguunt: dum enim mathematicam propositionem examinamus, Astronomiæ systema; aut aliquid in Chymica experimur, non facile Deum meditamur, verum superbia sæpe tumescimus. Secundo mortaliter peccamus, si ea, quæ scire cupimus, ad mortale peccatum nos pertrahunt. Sic amatoriarum narrationum lectio iis est mortale peccatum, quibus contra pudicitiam tentationes excitat, quod fere semper adolescentibus evenit: idem de libris dicitur, qui inhonesta tractant. Tertio curiositas sciendi verita est peccatum. Tales sunt magice superstitiones, quas discere non licet, quia, ex utpote malæ, sunt veritæ.

Malus quoque *finis*, quo scientia quæritur, vitiosam reddit curiositatem. Qui ideo solum studio incumberet, ut doctus fieret, aut curiositatem suam expleret, & humanas laudes acquireret, certe peccaret; hic enim nec Dei gloriam respiceret, neque proximi, neque sui ipsius utilitatem, qui fines scientiæ esse debent. Sanctus Bernardus recte hos fines distinguit dicens: *Sunt qui volunt scire, ut sciant, & vanitas est: sunt qui volunt scire, ut lucrum faciant, & turpis quæstus est: sunt qui volunt scire, ut alios doceant, & caritas est.*

Quantum ad *circumstantias* attinet, curiositas peccatum mortale est primo, cum ad mortaliter peccandum impellit; veluti quando aliquis id scire vult quod alter ex gravi ratione, vel ex

conscientia celare tenetur. Secundo quando quis ut ea cognoscat, quæ scire non tenetur, ea negligit, quæ scire debet: exempli gratia si quis ut peregrinam scientiam discat, officii sui scientiam negligit, veluti si Advocatus Astrologiæ solum libros legeret, nec juris libros attingeret, grave peccatum committeret; vel si quis studendi causa, die festo audire Missam omitteret, hæc pariter curiositas peccatum esset mortale.

Est quoque mortale peccatum curiositas, cum grave proximo dat scandalum. Hinc non est dubitandum, quin illi peccent, qui in scientiis ab officio suo valde distitis docti videri volunt, tales sunt Presbyteri, qui libros vanos & curiosos scribunt, unde proximo scandalum præbent.

In ipsa theologica scientia periculosa existit curiositas, cum veritates divinas curiosius scrutamur, ut nobismetipsis placeamus, vel ut docti videamur. Damnum semper est studium, quotiescumque nos a spiritualibus exercitiis avocat, aut a caritatis operibus, quæ muneris nostri sunt. Exempli gratia si Parochus, qui ad animarum salutem debet incumbere, ita studio vacaret, ut necessarium aliquod Parochiæ suæ officium omitteret, peccaret mortaliter, aut venialiter, juxta rei gravitatem, & damnum proximo illatum.

Animi curiositas in scientiis novas plerumque sententias excogitat; quæ novitas valde periculosa est, si ad religionis dogma, moresve spectat; nam altercationes, & schismata in Ecclesia generat, & tandem sæpe hæreses. Qui veterem Ecclesiæ doctrinam circa dogmata, aut mores scriptis, vel

vel lingua evertunt, considerent Doctores quam graviter peccent, dum viam christianis pandunt ad violandum Evangelium, & nova Antiquis incognita invenere sophismata, quibus fideles confisi passionibus suis obtemperent.

§. VII.

Inobedientia.

Postrema inanis gloriae filia est inobedientia, quam ut cognoscamus sciendum est quid sit obedientia. *Est autem obedientia virtus, cuius obiectum est superioris praeceptum (S. Thom. 2. 2. quaest. 104.).* Est virtus, quia pars est iustitiae, quae hominem in rebus ad proximum spectantibus perficit. Hominem obedire paratum reddit, & hinc est specialis virtus; nam superioris praecepto potest quis obedire ex fide, aut ex caritate, neque tunc ab aliis obedientiae virtus distingueretur: sed cum praecepto ut praecepto obedimus haec est obedientiae virtus.

Obedientiae *inobedientia* opponitur, quae sic definitur: *Transgressio praecepti Superioris ut Superioris.* Talis Dei praecepto fuit Adae inobedientia. Ex hac prima inobedientia hominum inobedientia proficiscitur, qui nulli Superiori obedire volunt: ex inobedientia autem omnia in mundo scelera proficiscuntur. Apostolus praecipit, ut *Omnia anima potestatibus sublimioribus subdita sit; non est enim potestas nisi a Deo. Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam (Rom. 13.).* Principis legibus est obediendum, qui in suo Regno est Superior.

Docet

Superbia infaustæ enumer. Filia. 253

Docet sanctus Thomas, quod in his, quæ pertinent ad interiorem motum voluntatis, homo non tenetur homini obedire (2. 2. quæst. 104. art. 5.). Exempli gratia si Superior inferiori juberet, ut opinionem crederet, aut aliquem amaret, obedire inferior non teneretur; anima enim soli Deo est subdita, cui uni hæc cæca obedientia debetur, cum nil injustum possit præcipere; quod de nullo hominum dici potest. Neque Superiori obedire tenemur (inquit idem divus Thomas *ibidem.*), in iis quæ ad proprium subditi statum pertinent. Si pater exempli gratia filia suæ præcipiat virginitatem, aut religionem, hæc obedire non tenetur.

Si duo Superiores contraria duo præcipiant, illi est parendum, qui majorem jurisdictionem habet. Exempli gratia si in quadam parochia presbytero Parochus aliquid jubeat, & contrarium Episcopus eidem præcipiat, obedire hic debet Episcopo, qui primus ejus est Superior. Idem est dicendum de Pontifice & Episcopis circa spiritualia, quando eorum præcepta Ecclesiarum libertatibus adversantur. Si vero de temporali negotio ageretur, & aliquid Pontifex juri- bus Principis adversum juberet, illi obedire non teneremur.

Nulla igitur præstanda est obedientia Superiori, qui vel veniale peccatum præciperet: at eir justus recte potest agere, si quod sibi jubetur vel non esse contra Dei præceptum certum est, vel utrum sit certum non est; ita ut fortasse reum faciat regem iniquitas imperandi; innocentem ostendat

dat ordo serviendi (23. quæst. 1. can. *quid cul-
patur.*). Attamen si hoc præceptum proximo
scandalum, aut grave damnum afferret, pare-
dum non esset; nam ut obediendi adsit obligatio
ea imperentur oportet, in quibus imperans
Superior, & obediens sit inferior, ut filius in
domesticis rebus, & famulus in servilibus. Quo-
si pater aliquid filio præciperet, & dux, in cuius
exercitu hic militat, aliud contrarium juberet,
attendendum tunc esset, an majus bonum, vel
malum ex obedientia, vel ex inobedientia esse
oriturum: etenim si aliquid ex inobedientia ma-
lum exercitui oriretur, teneretur filius duci
præceptum præcepto patris anteferre. Oportet
etiam ad inducendam obediendi obligationem, ut
Superioris voluntas tacite vel expresse innotescat.

Religiosi Superioribus obedire non tenentur
in iis, quæ sunt majoris perfectionis, veluti je-
juniis, aut extraordinariis aliis mortificationibus,
quæ a Regula non præcipiuntur. Quamvis & in
aliis obedire perfectius sit, sufficit tamen, ut ea
observent, quæ Regula præcipit, aut sine quibus
Regula observari nequit, & pœnas subeant, quæ
illa præscribit. Multo vero minus Superioribus
obedire tenentur, si aliquid contra Regulam præ-
cipiant, nisi gravis id faciendi adsit ratio. Possunt
exempli gratia Superior jejunium subdito prohibe-
bere, quia valde nocet ejus sanitati; & tunc est
obediendum. Id attendere præcipue debent Re-
ligiosæ, quæ suæ Regulæ exercitiis nimis adha-
rent; quibus neque ex Superiorum præcepto de-
esse volunt, quamvis suæ sanitati vehementer noc-
ceant.

seant: & in hoc amor proprius, & propria voluntas magis reperitur, quam verus mortificationis amor.

§. VIII.

Ambitio.

Ambitio juxta hominum existimationem est magni animi signum, & Heroum passio; imo, si hos audias, illustrium actionum est parens: at juxta Evangelii principia est vilis animi nota, & scelerum omnium mater. Indigniusne aliquid homine esse potest, quam inferiora se diligere, & hereditatem suam, quæ in cælis est, respicere? Mundi dignitates omnes creata sunt bona, ideoque longe inferiora increatis bonis, ad quorum acquisitionem creatus est homo. Cum igitur homo Deum deserit, ut creaturis adhæreat, ipse se deprimit, illamque animi sui imbecillitatem declarat, quam præsefert, qui in exercitu caelo mavult esse, quam imperator. Habere mundus regnum, quod cælesti regno possit æquari? Verum non ego concionatorem hic agam: sufficit ambitiosorum errorem obiter innuisse, qui magnum præferre animum putant, dum animi sui pusillitatem declarant. Supervacaneum est ambitionis mala recensere: depopulatæ, & desolatæ provinciæ, hominum clades, urbium incendia hujus passionis sunt fructus, crebraque horum exempla Historiæ suppeditant.

Itaque intra dogmaticos terminos me contineo, & dico ambitionem inordinatum appetitum dignitatum & honorum mundi. *Tripliciter autem*

tem

tem (inquit sanctus Thomas 2. 2. quæst. 131. art. 1.) appetitum honoris contingit esse inordinatum, Uno modo per hoc, quod aliquis appetit testimonium de excellentia, quam non habet, quod est appetere honorem supra suam proportionem. Alio modo per hoc, quod honorem sibi cupit, non referendo in Deum. Tertio per hoc, quod appetitus ejus in ipso honore quiescit, non referens honorem ad utilitatem aliorum. In hoc ambitiosi omnes peccant. Quis enim eorum meritum suum vult metiri, suasque vires ad opera exercenda pensare? quis Dei gloriam quaerit? quis ad proximi bonum, utilitatemque respicit?

Non semper mortale peccatum est ambitio. Potest optari dignitas familiæ suæ conveniens, aut munus, quo recte in Reipublicæ bonum fungi possumus; neque interim malis artibus ad illam obtinendam uti, neque ab hoc appetitu deprimi, neque illius causa debita sibi officia omittere. Hisce in circumstantiis nullum committitur peccatum. Grave autem peccatum committitur, quando honor propter seipsum optatur, quin referatur ad Deum, aut mortali peccato illum adipisci conamur, aut illo sumus prorsus indigni. Hinc qui Episcopatus, aliasve ecclesiasticas cupiunt dignitates, quarum munera explere non valent, graviter coram Deo peccant, dum hoc desiderium formant, foventque. Præterea dignitatis desiderium, cui pravus finis sit adnexus, peccatum est; veluti si quis dignitatem cuperet, ut ulcisceretur, aut pravæ alicui cupiditati servir-

ret. Demum quando in optato honore ultimus finis statuitur, lethaliter peccatur, creatum enim bonum ultimus hominis finis esse nequit.

Caritas (inquit Apostolus 1. Cor. 13.) non est ambitiosa, caritati igitur opponitur ambitio, ideoque est vitiosa. Nil ambitione est magis adversum spiritui Evangelii, qui humilitatis spiritus est, & humilia, ultimosque recubitus amar, sicut monet Dei filius inquiring: *Cum invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, sed recumbe in novissimo; quia omnis qui se exultat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur* (Luc. 14.). Omnes mundi honores nullius apud nos ponderis esse debent; quia (ait sanctus Augustinus *de Civit. Dei*) nullius ponderis est fumus.

§. IX.

Præsumptio.

Præsumptio, superbiæ filia, peccatum est, quo aliquis ea agere assumit, quæ suas vires superant (S. Th. 2. 2. quæst. 130. art. 1.). Mortale est peccatum, quando grave proximo damnum infert. Sic qui Medicinæ ignarus illam exercere præsumeret, mortale præsumptionis peccatum committeret; quia incognitam sibi artem exercendam suscipiens infirmos mortis periculo exponeret.

Præterea cum præsumptio ecclesiasticum, seu civile officium suscipere aliquem impellit, quod

scientiam suam viresque superat, mortale est peccatum.

Denique mortale peccatum est, quando non mortaliter peccandi periculo exponit. Si quod exempli gratia ex propria experientia sciret contra castitatem peccare, quoties cum fœminis loquitur, & nihilominus cum fœminis loqueretur, tentationem se victurum præsumens, hæc præsumptione mortaliter peccaret.

Alia est præsumptio, quæ spei christianæ virtuti opponitur, & committitur, cum perverse de Dei misericordia præsumimus, pœnitentiam, & bona opera ommittendo, aut cum Deum tentamus, & insolitum aliquid ab ejus potentia expectamus, quod Providentiæ suæ ordinem perturbat; vel cum nimis de nostris viribus præsumimus ad bona opera facienda, nec sicut oportet Dei gratiam petimus, nec in Deo spem nostram ponimus. Desperatione minus est peccatum præsumptio, Deus enim ignoscere mavult quam punire; sed semper peccatum est contra Dei potentiam, sine cujus ope nullum bonum fieri potest, & contra justitiam, quæ mercedem iis solis largitur, qui bonis operibus veluti coronam justitiæ illam meruere, sicut peccantes punit. *Idem directius* (inquit sanctus Thomas 2. 2. quæst. 21. art. 3.) *præsumptio opponitur spei, quam timor, quia importat quamdam inordinatam spem de Deo, sperat enim a Deo sine bonis operibus retributionem accipere, quam solis bene agentibus ille promissit.*

CAPUT III.

*Avaritiæ notio, ejusque malæ
soboles.*

Avaritia (inquit sanctus Thomas 2. 2. *quæst.*
118. art. 1.) *peccatum est, quo quis supra
debitum modum cupit acquirere, vel retinere divi-
tias.* Quare per avaritiam homo aliis opponi-
tur, non tribuens illis quæ debet, aut indebita
ab iis accipiens; opponitur etiam sibi metip-
si, vitæ necessaria sibi denegans. *Justitiæ, & liberali-
tati ipsa opponitur; justitiæ quidem, in quantum
aliquis acquirit pecuniam ultra debitum, aliena
surripiendo, vel retinendo; liberalitati vero,
cum id non largitur, quod largiri debet. Ava-
ritiæ prodigalitas est opposita, quæ pariter oppo-
nitur justitiæ & liberalitati: justitiæ, cum aliena
disperdit; liberalitati, cum sua inordinate distri-
bit (S. Th. 2. 2. *quæst.* 119.).*

*Avaritia, quæ justitiæ adversatur, peccatum
mortale est, nisi imperfectio actus adsit; quæ vero
liberalitati contraria est, nisi caritati adversetur,
semper veniale est peccatum (quæst. 118. art. 4.).*
Tunc autem *caritati adversatur, cum aliquis
amore nimio pecuniæ indigenti negat elemosy-
nam; vel Dei legem violare paratus est, & mor-
taliter peccare, sive pecuniam dando ad usuram,
sive egenum esurientem non pascendo. Prodi-
galitas quoque mortale est peccatum, cum justitiæ
adversatur; veluti si Tutor pupilli sui bona
dissipaverit, aut alienorum administrator se inha-
bilem ad restituendum reddat. Si vero libera-
litati sit contraria, est tantum peccatum veniale,*
R 2 nisi

nisi caritatem violet, aut grave scandalum præbeat: quod quidem scandalum præbent Beneficiarii, qui superfluos sumptus faciunt. Id illi diligenter est considerandum hoc præsertim tempore, quo plerique a peccato se immunes credunt, dummodo sua dumtaxat expendant, nec aliena se pecunia obstringant. Præterquam quod amittunt pauperes, quidquid isti Beneficiarii inutiliter expendunt, unde ipsis possunt reponere. *Nostrum est quod expenditis*: hac profusione iureprobi scandalizantur, quæ nec in laico excusantur.

Ubique sacrae Litteræ avaritiam reprehendunt, illamque vitare suadent. Dei Filius ait: *Videte, & cavete ab omni avaritia* (Marci 8.). Deinde sanctus Paulus inquit: *Neque fures, neque avari regnum Dei possidebunt* (1. Cor. 6.). Nec ejus quidem nomen vult proferri, dicens: *Fornicatio autem, & omnis avaritia nec nominentur in vobis* (Ephes. 5.). At aliquid consideratione dignum affert, dum de avaritia loquens ait: *Quæ est idolorum servitus* (ibid.). Maximum quod ab homine patrari possit, peccatum profecto est idololatria, quæ soli Deo debitum honorem dæmoni tribuit: idem quodammodo facit avarus; spem siquidem in divitiis suis ponit, quibus a malo quocumque se putat liberandum. Hinc de avari morte loquens Psalmista dicit: *Uidebunt iusti, & super eum ridebunt, & dicent: ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed speravit in multitudine divitiarum suarum* (Psalm. 51.). Præterea avarus velut rem sacram pecu-

pecuniam suam colit, quam vel in imminentibus suis angustiis tangere nefas putat. Denique huic cor suum consecrat, & a Deo removet: qui communis divitiarum effectus est, pessimusque, ut Christus ait: *Ubi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum* (Matth. 6. 21.). Hoc divitiarum amore se homo a Deo separat, qui cor nostrum non vult cum creaturis dividi, sed totum vult ipse possidere; quin & Deum offendere paratus est, ut avaritiæ suæ serviat.

Hoc vitium æconomix nomine regitur, quod eo infecti corrigere non curant; verum nil Evangelii spiritui magis est adversum, qui paupertatis spiritus est aut re, aut affectu, & cordis dispositione, exemplo Christi, qui, ut ait Apostolus, *propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis* (2. Cor. 8.).

Avaritiæ filix juxta S. Gregorium (*Mor. lib. 31. c. 17.*), & S. Thomam (2. 2. q. 118. a. 8.) sunt proditio, fraus, dolus, perjurium, turbatio, vis, & adversus proximum cordis abduratio. Quia vero (inquit Angelicus) avaritia est superfluus amor habendi divitias, in duobus excedit. Primo enim superabundat in *retinendo*; & ex hac parte oritur ex avaritia *obduratio contra misericordiam*; quia scilicet cor ejus misericordia non emollitur, ut de divitiis subveniat miseris: secundo ad avaritiam pertinet superabundare in *accipiendo*, & secundum hoc avaritia potest considerari dupliciter: Uno modo secundum quod est in affectu; & sic ex avaritia oritur *inquietudo*, in quantum ingerit homini

„solicitudinem, & curas superfluas; avarus enim
 „non implebitur pecunia, ut dicitur Eccles. 5.
 „Alio modo potest considerari in effectu; & sic
 „in acquirendo aliena uritur quandoque quidem
 „vi, quod pertinet ad *violentias*, quandoque au-
 „tem dolo; qui si fiat verbo, erit *fallacia* quan-
 „tum ad simplex verbum; *perjurium* autem, si
 „addatur confirmatio juramenti: si autem dolus
 „comittatur in opere, sic quantum ad res erit
 „*fraus* quantum ad personas erit *proditio*, ut
 „patet de Juda, qui ex avaritia prodidit Chris-
 „tum. Majus aliquid addit Apostolus dum ait:
Radix omnium malorum est cupiditas (1. Tim. 6.)
 Sententiam hanc infelix experientia confirmat.

Nihilo tamen minus recentes plerique Casu-
 istæ avaritiam tueri conati sunt, ejusque timorem
 Christianis eripere. Eorum quidam expresse as-
 firmat, inordinatum divitiarum amorem veniale
 tantum esse peccatum, modo absit ab injustitia,
 & ab alienas substantias rapiendi, vel retinendi
 voluntate; neque erga pauperum calamitates cor
 ita obduret, ut iis in extrema necessitate non sub-
 veniatur. Juxta pravum hoc principium non est
 amplius ex se, & natura sua mortale peccatum;
 nisi illam injustitia, & crudelitas comitetur. At
 Apostolus, quem citavimus, ait pecuniæ amorem,
 id est avaritiam, non modo malum esse, sed ma-
 lorum omnium radicem. Sacræ litteræ avaritiam
 ubique pariter damnant, veluti speciale pecca-
 tum. Idem docent sancti Patres. Quis igitur se-
 rat novum Casuistam docentem, inordinatum di-
 vitiarum amorem esse de se veniale peccatum?

Nonne hoc est hominum cupiditatem fovere, & loco illam ejiciendi; in eorum cordibus altius stabilire?

Hoc igitur averruncare peccatum Confessarii fatigent, & iis, qui sunt eidem obnoxii, hæc consideranda proponent. Primo Evangelium divitiarum contemptum præcipue suadere; *facilius est enim camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum Dei* (Luccæ. 18.) ideo ait: *Væ vobis divitibus.* 2. Divitiarum copia earum sitim non exingui, vehementius imo augeri. 3. Omnibus, quæ possidemus, necessario nos in morte esse spoliandos. 4. Nihil hæc omnia ante tribunal Christi nobis esse profutura. 5. In divitiarum contemptu suo nobis Christum exemplo prævixisse, illumque Sanctos omnes esse imitatos, nec illorum gloriam adepturos esse, qui, quod illi spreverunt, diligunt, & consecretantur. 6. Deum, qui avium quoque curam gerit, homines nullo modo deserturum. 7. Sua avaros avaritia torqueri, & hujusmodi vitium hominibus pariter, ac Deo esse odiosum.

Quærit divus Thomas (2. 2. q. 113. art. 2.): *Utrum avaritia sit speciale peccatum? & responderet: Avaritia prout est immoderatus amor habendi pecunias & possessiones speciale peccatum est.* Rationem affert, quod peccata sortiuntur speciem secundum objectum: *objectum autem peccati est illud bonum in quod tendit inordinate appetitus: & ideo ubi est specialis ratio boni, quod inordinate appetitur, ibi est specialis ratio peccati. Alia autem est ratio boni utilis, & boni delectabilis. Di-*

*vitæ autem secundum se habent rationem utilis
ea enim ratione appetuntur in quantum in usus ho-
minis cedunt. Et ideo speciale quoddam pecca-
tum est avaritia, secundum quod est immoderatus
amor habendi possessiones, quæ nomine pecuniæ dis-
signantur, ex qua sumitur avaritiæ nomen.*

Est quædam in ordine gratiæ spiritualis avaritia, quæ juxta Sanctum Augustinum ibi reperitur, *ubicumque omnino plus vult quisque, quam quod satis est.* Hæc avaritia cupiditas est, omnisque cupiditas est mala voluntas, quæ primi homines submersi sunt; plus enim volentes habere quam acceperant, & quod acceperant, amiserunt. Ut omnis excludatur avaritia, gratis Deo serviat, si enim cor non habemus inclinatum in avaritiam, non colimus Deum, nisi propter Deum, & sic cultus ipse fit merces (in Psalm. 118.). Verum quemadmodum unus Deus nobis est optandus, ita ea mensura contenti simus, qua nobis se donat; extraordinariæ siquidem gratiæ talenta non sunt optanda. Id nobis sufficiat, ut in Regnum suum nos ingredi Deus velit: hæc aliorum status desideria frustra cor nostrum occupant, & acceptæ gratiæ fructum impediunt; quæcumque hæc sit, merita nostra excedit, & veluti diviniæ misericordiæ donum est excipienda. Est & alia avaritia circa gratias exteriores, cum iis in aliorum commodum non utimur, sed otiosas, occultasque custodimus, quemadmodum avarus pecuniam in arca servat, nec in sui, aliorumve commodum utitur.

CAPUT IV.

Luxuriæ descriptio, ac pessimæ
ejusdem Soboles.

Luxuria est inordinatus appetitus venereorum, nempe actuum, qui contra ordinem, a natura Auctore Deo constitutum, ad humani seminis profusionem disponunt. Luxuria equidem quævis *superfluitas* dicitur; potissima tamen, ac propria ejus sedes in rebus venereis est. Luxuriosus (inquit S. Thomas 2. 2. Q. 153. a. 1. in corp.) aliquis dicitur, quasi solutus in voluptates; maxime autem voluptates venereæ animum hominis solvant; & ideo circa voluptates venereas maxime luxuria consideratur.

Vitium Capitale est luxuria, ac peccatum ex natura sua mortale. Delectatio enim venerea, quæ præcipuæ luxuriæ materia est, homines, eam inordinate desiderantes ad pessima sæpe consilia pertrahit; ac venereorum usum, quem natura ad propagationem, & conservationem humani generis destinavit, propter se ipsum quæri facit, quæ extra matrimonii statum deordinatio est, in se semper gravis, nisi consensus seu, advertentiæ imperfectione excuserur.

Unde Apostolus, dum carnis opera enumerat, præprimis luxuriam recenset, subditque: Qui talia agunt, Regnum Dei non consequentur (Galat. 5.). Et ad Ephesios scribens immoderatum vini usum, luxuriæ nutritivum, prohibet, obtestans: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria (Ephes. 5.). Sancti quoque Patres luxuriam

veluti idololatriæ scelus execrantur. Vitium hoc Salomonem, Regum sapientissimum, stolidum idolorum adoratorem effecit; succendit urbes, evertit Regna, & cuncta, quæ orbem premunt, malum invexit.

Luxuriæ species a Doctore Angelico sex numerantur (Q. 154. a. 1.), quæ omnes actu quodam externo complentur, suntque simplex fornicatio, adulterium, incestus, stuprum, raptus, & vitium contra naturam. De his infra, dum de sexto decalogi præcepto nobis sermo, distincte differemus. Hic de luxuria *imperfecta*, quæ in interna concupiscentia, ac delectatione consistit, pauca dicere visum fuit. Duplex impura delectatio distingui solet; morosa una, operosa altera. *Morosa* est libera de re venerea complacentia, absque tamen intentione procedendi ad actum. Id sæpe contingit, dum conjux de copula cum conjuge habita, quasi præsentem delectatur; dum fornicarius de tactibus osculis, aspectibus, verbis aliquando factis noviter sibi complacet, quin tamen reiterationem proponat. Delectatio hæc *morosa* dicitur; non a certa temporis mora, sed a voluntatis tergiversatione, utut brevissima, quia nempe illa objecti turpitudinem advertens, a recogitando non statim desistit, nec remedia arripit. *Operosa* delectatio est libera de re venerea complacentia cum intentione, et proposito data occasione actum impurum ponendi. Hæc multoties ex illa *morosa* oritur: utraque est graviter peccaminosa; quia inordinatorum motuum, ac ipsius pollutionis periculum adfert.

Luxuriæ descriptio, ac Soboles. 267

feri. De corde (inquit Christus *Matth. 15.*)
exerunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria
fornicationes . . . Hæc sunt, quæ coinquinant ho-
minem. Item: Omnis, qui viderit mulierem ad
concupiscendum eam, jam mæchatus est eam in cor-
de suo (*Matth. 5.*) (a).

Ea quæ modo de gravi delectationis venereæ
malitia diximus, potiore jure de impudicis tacti-
bus,

(a) Triplicem Delectationem P. Antoine (*Tr. de
Peccat. cap. 8. a. 4. q. 8.*) distinguit, nempe spiri-
tualem, mere sensibilem, & veneream. „*Spiri-
tualis*, inquit, est ea, quæ in sola voluntate re-
sident sine ullo motu sensibili in corpore. Hæc
delectatio, si sit de actu mortali, est mortalis,
& sumit speciem ab illo ut objecto. Delectatio
mere sensibilis est, quæ oritur ex proportione,
ac conformitate rei sensibilis cum organo sen-
sus, sine ulla commotione spirituum genitalium
circa partes venereas: qualis est delectatio,
quæ percipitur ex tactu rei blandæ ex gustu,
ex musica &c. Delectatio venerea ea est, quæ
sentitur circa partes venereas ex commotione
spirituum genitalium, seu generationi fervien-
tium. *Prima* per omnia peccatorum genera va-
gatur, estque peccatum veniale, quando ejus ob-
jectum est leve malum; ut si de jocosio mendacio
læsteris: mortale vero, quando illius objectum
est grave malum, ut si de homicidio, stupro &c.
olim commisso delecteris. *Secunda*, propter se
quæsitâ, peccatum veniale est, ex singulari agen-
tis fragilitate nonnumquam ad mortale disponens.
Tertia deliberate admittâ, sive directe, sive in-
directe quæsitâ, utut brevis juxta tutiorem pec-
catum lethale est, atque adeo non solum in se,
sed etiam in suis causis, non necessariis, procul facien-

bus, diuturnis aspectibus, colloquiis, ac libidinosis osculis sunt vera. Actus hi omnes ab objectis, circa quæ fiunt, suam specificam malitiam sumunt. Circa uxorem alterius prave delectaris vel omnino eam concupiscis? Adulter es: aliam innuptam inordinate desideras, tangisque &c. Fornicarius, aut stuprator es: erga eundem sexum inardescis? Sodomita es; quia actus imperfectus a perfectis, circa idem objectum ponendis, denominationem, & speciem accipiunt. Actus autem perfectus in genere luxuriæ copula est; delectationes, desideria, tactus &c. adhuc imperfecti reputantur; unde non minus horum quam illorum objectum in Confessione exprimi debet (a).

facienda. Unde si jocosum, adhuc tamen honestum cum Caja colloquium venereos in te motus excitat, abrumpendum est, ac in posterum evitandum; secus, si te hominem sæcularem, quavis cum qualibet fœmina loquela turbaret.

(a) Hic bene adnotanda, ac in praxi observanda P. Antoine doctrina. *Amplexus, contactus manuum, oscula in facie, si juxta morem Patriæ fiant, urbanitatis, ac benevolentis honestæ causa non sunt peccata per se, quia non sunt impudica, nec per se tendunt in actum venereum, & sunt ob rationabilem causam. Ita communiter cum S. Thoma (2. 2. q. 154. a. 4.). Si vero ista fiant ex aliqua vanitate, joco, levitate, petulantia veniali, juxta multos sunt solum venialia, modo absit omnis affectus libidinosus, & periculum peccati gravis tam in se, quam in alio, nec habita ratione constitutionis personarum delectationem veneream multum excitent. Si autem ista sine causa exercita langiora sint, aut crebro fiant inter personas libidinis capaces, sunt mortalia; quia arguunt affectum ad libidinem, & excitant delectationem*

Luxuriæ descriptio, ac Soboles. 269

Pessimæ matris pessimas filias ex Sancto Gregorio Divus Thomas octo numerat (2. 2. q. 153. art. 5.) earumque genesin, prout solet, perspicue explicat. Dum enim appetitus inferior, seu concupiscentia vehementer circa delectabile occupatur, potentias superiores, quo minus rite operentur, impedit: unde consequitur in intellectu 1. *Cæcitas mentis*, ne agnoscat veritatem. 2. *Præcipitantia*, ne prudenter deliberet, sed bestia.

tionem veream, afferuntque morale periculum consensus in illam. Nam (ut recte monent) in materia tam lubrica, quæ de se essent solum venialia, si repetantur, aut diutius protrahantur, fiunt mortalia, curiositate aut levitate degenerante in libidinem. Quare admittens oscula morosa, aut crebra, aut indecentia, item tactus mamillarum, peccat mortaliter: quia cooperatur affectui libidinoso alterius, qui satis per ista indicatur. (Loc. cit. Resp. 5. ad Quæst. 11.). Idem iudicium juxta eundem clariss. Authorem ferendum de ejusmodi actibus ob solam delectationem sensibilem morose, ac sæpius factis quia illi actus sic exerciti, per se non parum excitant commotionem, ac delectationem veream, quæ necessitate quadam physica oritur ex tali delectatione sensibili repetita vel diuturna. Malitia autem actus non ex fine solum, sed etiam ex affectu, quem pariunt, sumi debet. Hinc Alexander VII damnavit hanc propositionem: *Est probabilis opinio, quæ dicit esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso periculo consensus ulterioris, & pollutionis.* Et Benedictus XIV per speciale decretum istam proscripsit: *Vellicare genas, & mamillas tangere Monialium sunt actus subimpudici, de se veniales, & solum ex pravo affectu, & ex prava intentione mortales.*

stiarium more statim in actum prorumpat. *Inconsideratio* ne actus inhonestatem, & sequela consideret. 4. *Inconstantia* ne ea, quæ hinc inde bene decrevit, exequatur. Intellectui sic m fere excæcato, flebilis voluntatis depravatio r spondet. In hominis siquidem luxuriosi volun rate. 1. Regnat *amor sui*, quo sibi nonnisi delectabilia cupit. 2. Succedit *odium Dei*, qui ha delectabilia prohibet, ac punit. 3. *Affectus presentis sæculi*, quo hisce lubricis semper frui pot exoptat. 4. *Desperatio futuri sæculi*, qua a carnalibus detentus, spirituales futuræ vitæ delicia fastidit, ac non minus harum abdicacionem, quam illarum affecutionem velut impossibilem concepit.

Remedia contra luxuriæ malum universaliora (nam specialia quædam infra adulteris &c. proponabimus) Sanctorum Patrum calculo sunt 1. *Serria gravissimarum pœnarum*, quibus Deus luxuriosos punit, ac frequens consideratio. Has inter præcipue sunt mentis hebetudo, corporis lassitudo, ac varia infirmitas, impœnitentia finalis ac æterna damnatio. 2. *Otiï fuga*, ac ordinatum laboris exercitium; vix unquam magis tentatus diabolus laborat, ac dum homo vacat. David in domus solario pro exemplo serviat. 3. *Gulæ & ebrietatis derelictio*. Nam *Gulæ appendices lascivia, atque luxuria*, inquit Tertullianus (lib. de Jejun.) & Hieronymus: *Esus carniùm, & potus vini, ventrisque saturitas seminarium libidinis est. Unde & Comicus, sine Cerere, inquit, & Libero friget Venus* (lib. II. advers. Jovin.). 4. *Familiaritatis cum altero sexu generosa abdicacione*. *In medio mulierum noli commorari; de v*

stimentis enim procedit tineæ, & a muliere iniquitas viri. Melior est enim iniquitas viri, quam mulier benefaciens (Ecclesiastici 42.). Unde non modo infames, sed & piæ fæminæ, quoad fieri potest, sunt vitandæ. 5. Vigilans sensuum custodia. Sensus corporum quasi equi sunt, (inquit Hieronymus lib. 11. cont. Jovin.) sine ratione currentes, anima vero in aurigæ modum retinet fræna currentium, & quomodo equi absque rectoris præcipites ruunt; ita corpus sine ratione, & imperio animæ in suum fertur interitum. Et Job ait: *Pepigi fædus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine (cap. 31.)*. 6. Chœorum lascivarum, libellorum, imaginum ac exhibitionum obscœnarum perpetua exclusio. His enim impura phantasmata procreantur, queis concupiscentia, ut inordinatos in motus prorumpat, irritatur. 7. Humiliatio sui coram Deo propter præterita, & divini auxilii imploratio propter futura. Orationibus jaculatoriis, de mane, & per diem ad cælum mittendis, maxima vis inest; hisque Psalmi Davidici abundant: *Fiat cor meum immaculatum Domine! Spiritum reum innova in visceribus meis!* &c. 8. Frequens, ac sincera apud eundem Confessarium facienda Confessio, qui genio, ac pœnitentis statu explorato, efficaciora continuo suggerere remedia poterit, & quidem si ordinaria non fructificent, etiam extraordinaria, uti carnis macerationes per jejunia, flagella, cilicia &c. dummodo ista pœnitentis conditio ferat (a).

CA-

(a) Qui graves carnis motus in se advertit, illosque nec approbat, nec improbat, sed indifferenter,

CAPUT V.

Irae definitio, ejusque gradus.

Ira, quæ capitale est vitium, sic definitur: appetitus, seu desiderium vindictæ, quod ex ap-

ter, & negative se habet, graviter peccat. Huius enim motus, ex objecto suo graviter inordinatus, sicut non positive approbari, ita nec indifferenter permitti possunt, sed positiva displicentia sunt improbandi. Contingit (inquit S. Thomas I. 2. q. 74. a. 6.) peccatum esse in ratione dupliciter. Uno modo, quando imperat illicitas passiones . . . alio modo quando non reprimit illicitum passionis motum, sicut, cum aliquis postquam deliberavit, quod motus passionis insurgens est inordinatus, nihilominus circa ipsum immoratur, & ipsum non expellit. Concupiscentiam non nocere Concilium Trid. definit (Sess. 5. Can. 5.); at non mere non consentientibus; sed virtualiter per gratiam repugnantibus. Virtualiter ille repugnat, qui non solum internam displicentiam habet, sed & actionem, unde tentatio oriebatur, quantocyus abrumpit, nisi eadem continuationem necessitas, aut Proximi utilitas exigat. Porro Remedia contra luxuriam alia præservativa; alia sanativa, seu irruentis tentationis expulsiva sunt. Ad priorem classem pertinetque in textu allata pertinent; ad posteriorem ista spectant. 1. Seria ad studium literarium, vel negotium quoddam œconomicum, domesticum &c. mentis applicatio. 2. Pia, ac fixa Christi flagellis dilaniati, in cruce transfixi &c. confidens ratio. 3. Artificiose phantasmatum gratiorum ingrata, ac horrida conversio. Pulchræ fami- næ impura species mentem occupat? Illico mutata scena eandem, in sepulchro repositam, putritam, ac vermibus scatentem tibi repræsentat, va-

prehensione oritur injuriæ acceptæ, vel quam nos accepturos fore timemus, & quam repellere nitimur. Tres in ira gradus sunt considerandi. Primus, cum ira concipitur; quod Dominus apud Matthæum docet dicens: *Qui irascitur fratri suo* (Matth. 5.). Secundus, cum declaratur ira aliquibus verbis, veluti: *Qui dixerit, Raca.* Tertius, cum verba injuriosa proferuntur, veluti: *Qui dixerit, Fatue.* Quandoquidem Dominus in hisce tribus gradibus tria judicia distinguit, extra dubium est non æque omnes esse peccata. Primus, qui naturalis est, & involuntarius animæ motus, cum a ratione reprimi possit, meriti, & virtutis potest esse subiectum. Ideo Psalmista dicit: *Irascimini, & nolite peccare* (Psalm. 4.); id est, si irascimini, cavete ne vos ira ad peccandum pertrahat.

omnino gehennalibus absorptam flammis. Actum impurum cum alio comittendum, aut commissum diabolus suggerit? Hunc e vestigio complicem velut hostem omnium periculosissimum concipe, qui damnum infinitum non semel tibi causavit. Quid? dicito, si iste me sclopo trājicere, gladio confodere, aut bonis meis spoliare attentasset; adhucne illum adirem, ipsiusque amicitia frui optarem? An non potius velut hostem execrerer? Ita sane. Sed quis meam animam pessumdedit? Quis eam gratia, ac beatitudinis jure exspoliata Deo, & hominibus odibilem reddidit? An non hic inimicus homo, iste seductor &c. hoc fecit? Et infans ego eum adhuc sequor, amo, foveo? Sed ex nunc jam non sequar &c.

hat. Cum ex ira injuriosa in proximum verba
 jacimus, majus vel minus peccatum est, pro
 graves, aut leves sunt injuriæ. Sancta vero est
 ira in dæmonem, & in peccatum, cum adversus
 utrumque pugnamus, & eorum opera destrui-
 mus: hæc ira vocatur *zelus*. In veteri Testa-
 mento Deus iratus sæpe legitur contra peccato-
 res, contra Judæos, & contra Jerusalem. David
 sic Deum orat: *Effunde iram tuam in gentes,*
quæ te non noverunt (Psalm. 78.), & alibi ait:
Neque in ira tua corripias me (Psalm. 6.). De-
 Filius, adeo in homines misericors, contra vendi-
 ces in templo iratus est *circumspiciens eos cum*
ira (Marci 3.). Sancti homines sic irati sunt
 immania crimina intuentes: qui vero hac ira non
 corripitur, se Dei honorem parum curare de-
 rat. Verum magna hic adhibenda est cautela,
 interdum enim zeli specie ira, invidia, vel odium
 tegitur. In quatuor igitur circumstantiis ira pec-
 catum est, 1. quando is, cui irascimur, malum
 quod minamur, non meretur. 2. Quando non
 tantum meretur. 3. Quando licet hoc malum
 ille mereatur, justitiæ tamen ordinem non ser-
 vamus; veluti si filius, cujus pater peremptus
 est, occisorem, non servato juris ordine, vellet
 occidi. 4. Quando finis debitus non respicitur,
 veluti si quis iram suam solum vellet explere.
 In quatuor hisce casibus grave ira est peccatum.
 Si vero tantum vehementer animum turbaret,
 nec compefceretur, non adeo grave esset pecca-
 tum; nihilominus in hoc etiam casu iram vitare
 sacra nos paginæ docent, ex illa siquidem mala
 plura proficiuntur. Sanctus Paulus fideles sic

admonet: *Sol non occidat super iracundiam vestram* (Ephes. 4.). Sanctus Jacobus ait: *Ira viri justitiam Dei non operatur* (Jac. 1. 20.) Subdit Ecclesiasticus: *Ne sis velocis ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit* (cap. 7.). Salomon inquit: *Vir iracundus provocat rixas, & qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum proclivior* (Prov. 15.). Ethnici Philosophi, Seneca præcipue, eximia contra iram dant præcepta, quam Poetæ *brevem furorem* vocant, & rationis hostis est præcipuus. At non argumentis hisce fideles ab ira Confessarii debent avertere; sed qua ipsa spiritui Evangelii adversatur, qui benignitatis, & mansuetudinis spiritus est, ut Christus nos admonet dicens: *Discite a me, quia mitis sum & humilis corde* (Matth. 11.); & hanc mansuetudinem inter evangelicas beatitudines recenset (Matth. 5.). Hoc nos contra iram adhibere remedium Salomon docet inquiring: *Responsio mollis frangit iram* (Prov. 15.). Apostolus vero nos admonet, ut veluti turgido torrenti locum demus iræ: *Non vosmetipsos defendentes; sed date locum iræ* (Rom. 12.) (a).

Ira

(a) Molliter respondere, & alienæ iræ fortiter cedere addiscet. 1. Qui turpes iræ effectus & actus in alio iracundo attentius adnotarit. 2. Qui iræ damna (qualia sunt continua mentis amaritudo, mortis acceleratio, hominum odium, & divinæ Benedictionis propulsatio) serio recogitarit. 3. Qui ad quævis adversa animum jam de mane præmunierit, auxiliumque ab eo petierit, qui dixit: *Discite a me; quia mitis sum, & humilis corde.*

Ira, si in animo moretur, duas malas gignit filias, indignationem nempe, & mentis tumorem seu audaciam. *Indignatio* est, cum familiaritatem cum illo abrumpimus, cui sumus irati, & omnia urbanitatis officia illi negamus. Si praeterea ejusdem necessitati non subvenimus, dum illi opem ferre tenemur; aut si intrinsecus illum vehementer aspernamur; aut si grave inde scandalum proficiscitur; tunc indignatio mortale est peccatum. *Mentis Tumor* est audacia, qua vindictam impellimur, eamque meditamur; & prout magna vel exigua est vindicta, mortale seu veniale peccatum committitur.

Si exterius ira prodeat, & aliquo indicio declaretur, tres inde malæ filiae proficiscuntur, videlicet clamor, contumelia, & blasphemia. *Clamor* est inordinatus loquendi modus, qui peccatum dumtaxat veniale est, si grave scandalum non pariat. *Contumelia* est injuriosum verbum. *Blasphemia* vero est in Deum maledictio.

Ira, quæ ad actiones se extendit, *rixam*, gignit, quo nomine contentiones, bella, & pugnae comprehenduntur.

CAPUT

de. 4. Qui Jesum inter lictores, & iniquos ante Judices velut agnum mansuetum sibi ad imitationem proposuerit. 5. Qui suos defectus, aliis forsitan domesticis satis onerosos, secum ruminaverit. 6. Qui omnia a Deo summe justo, summeque provido ad peccata expianda, ac augenda merita, perterne sibi immissa, certo crediderit. Vid. Nat. Alexander Theol. Dog. Mor. lib. 3. art. 1.

C A P U T VI.

Gula, & Ebrietatis explanatio.

Gula juxta D. Thomam (2. 2. quæst. 148.) est inordinatus comedendi, vel bibendi appetitus.

Multipliciter autem hoc peccatum committitur. Primo quoad ciborum & potionum *qualitatem*, cum nimis pretiosi, aut nimis accurate præparati sunt cibi, & potus: secundo quoad *quantitatem*, cum in edendo vel bibendo nimis exceditur: tertio quoad *delectationem*, cum edendi & bibendi voluptas ardentè quæritur: quarto quoad *tempus*, cum extra debitum tempus cibus sumitur, veluti jejunii tempore. Gula, quæ ad comedendum &c. pertinet, *crapula & comessatio* vocatur. Sic nos Dei filius in evangelio monet: *Attendite vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula & ebrietate (Luc. 21.)*. Et Apostolus ad Romanos ait: *Non est regnum Dei esca & potus (cap. 14.)*.

Mortale peccatum est gula 1. si finis ultimus in edendo & bibendo statuatur, quemadmodum illi assolent, *quorum Deus venter est*, ut inquit Apostolus (*Philip. 3.*): 2. cum propter cibum & potum aliquod violatur præceptum; veluti si præceptum jejunium frangitur, aut divini officii recitatio omittitur; aut cum propter gulæ excessus nequit ali familia, nec ablatum restitui, nec debita possunt solvi: 3. cum propter gulam sanitas graviter læditur: 4. cum cibo aut potu proximus scandalizatur; de hoc scandalo loquitur Apostolus ad Romanos, cum illos reprehendit,

qui idolothytis vescebantur: 5. si cibus aut potus naturæ repugnet, veluti humana caro, aut sanguis humanus: 6. cum prudenter timendum est, ne propter cibi, aut potus excessum in mortale aliquod peccatum labamur. Alimenta vitæ sunt necessaria, nam sine his servari nequit; ideo veluti remedia, ut ait sanctus Augustinus, sumenda sunt; ad voluptatem autem illa sumere non licet, ut Tractatu secundo diximus. De hoc iuxta christianam doctrinam non est ambigendum; & propterea absurda illa detestanda est opinio aliquot Casuistarum recentium, qui docent licitum esse ad satietatem usque edere, absque necessitate, & solius voluptatis causa, dummodo id satietati non obsit; & nullatenus gustui obtemperando peccari, sicuti non peccat, qui visui, & auditui obsequitur. Ab Epicureis fortasse doctrina hæc probaretur; sed in christiana schola, qua sensuum mortificationem docet, & naturales actiones moderatur, detestandum est paradoxum. Postrema hac ætate doctrina ista prodiit, cum diabolus adversus veritatem, & Sanctitatem Ethicæ christianæ apertum bellum indixit (a). Tempore abuterer, si tam immanem errorem refutare aggrederer: honesto homini sufficit illum audisse, ut detestetur. Eximium quemdam sancti Augustini

(a) Laxam hanc Doctrinam e Scholis Christiano-catholicis ad Epicuream Innocentius XI. exulare fecit, dum an. 1679. istam num. 8. propositionem confixit: *Comedere & bibere ad satietatem ob solam voluptatem non est peccatum, modo non obsit valetudini; quia licite potest appetitus naturalis suis actibus frui.*

gustini textum referam, quo divino revera modo hanc materiam explicat. Alibi illum recitavi; sed opportuna hic, & grata erit ejus repetitio. *Hoc me docuisti* (inquit ille lib. 10. *Confess. cap. 31.*), ut quemadmodum *medicamenta*, sic *alimenta* sumpturus accedam: sed dum ad quietem satietatis ex indigentia molestia transeo, in ipso transitu mihi insidiatur laqueus concupiscentia. Ipse enim transitus voluptas est, & non est alius, quam transeat, quam quo transire cogit necessitas. Et cum salus sit causa edendi & bibendi, adjungit se tanquam pedissequa periculosa jucunditas, & plerumque præire conatur, ut ejus causa fiat, quod salutis causa me facere vel dico, vel volo. Nec idem modus utriusque est. Nam quod salutis satis est, delectationi parum est, & sæpe incertum fit, utrum adhuc necessaria corporis cura subsidium petat, an voluptaria cupiditatis fallacia ministerium suppetat. Ad hoc incertum hilarescit infelix anima, & in eo præparat excusationis patrocinium, gaudens non apparere quod satis sit moderationi valetudinis, ut obtentu salutis obumbret negotium voluptatis. Nil dici potest melius aut illustrius, ut gulæ tentatio declaretur. Quod si novos hosce Casuistas audias, simplicitatem suam licet doctissimus ostendit Augustinus, dum tam exacte quid circa edendi & bibendi voluptatem ipse pateretur describit. Sed tutius est cum ipso timere, quam cum reliquis concupiscentia motibus indulgere. Christiani, qui tam delicate vivunt, & nova semper quærentes gulæ irritamenta epulantur quotidie splendide, a christiana poenitentia longe absunt, & prudenter timere debent,

ne in inferno cum divite evangelico sepeliantur
qui *epulabatur quotidie splendide* (*Luc. 16.*)

Quicumque immoderato vini usu, aut alterius
potus, qui vim inebriandi habet, se inebriat,
mortaliter profecto peccat; grave siquidem
damnum hanc delectationem comitatur, usus scilicet
licet rationis jactura. Similiter peccat, qui alteri
potum ejusmodi tribuit, quo hausto hunc se
inebriandum. Ad vitæ conservationem potus est
homini necessarius, sed justæ necessitatis limites
bibendo transgredi natura vetat: quod si adeo
transgrediantur, ut bestiis par homo evadat,
quemadmodum in ebrietate evenit, tunc natura
& honestas læditur, ac graviter proinde pec-
catur (a).

(a) Ebrietatis perfectæ, seu, ut vocant, crapula
theologicæ signa, a probatis Authoribus passim
adnotata, hæc sunt: 1. Si inter honestum, & in-
honestum amplius distinguere nescias, ac ameni-
tium more miscellanea quæquæ garrias: 2. Si
quæ egeris, quæve locutus fueris, posterdie, ad
monitus licet, non recorderis: 3. Si alias pacifi-
cus pudicus &c. sumpto liberius vino in conten-
tiones, rixas, maledicta, turpiloquia &c. prorumpas.
Vomitus subsequens, cum ex mala stomachi
dispositione, aut avida ciborum ægre digesti-
bilium devoratione &c. sæpe oriarur, nisi unum
ex tribus præmissis sibi adjunctum habeat, certum
crapulæ, aut gulæ, graviter peccaminosæ, signum
non est. Porro nædum plene ebrii; sed &
qui eos importune ad haustum provocant, ac quo-
dammodo dolose inebriant, gravis peccati reos se
faciunt. Scandalosum hunc circa Dei dona abusu

Quæri potest, an ad sanitatem recuperandam medico obtemperare liceat, qui, ut se inebriet, ægro jubet? Casuistæ nonnulli asserunt, æque licitum esse se inebriare, ut mors vitetur, quam se inebriare nolenti tyrannus minatur; ac se inebriare ut sanitas recuperetur. Fieri potest, ut potus sano homini superfluous, ægro sit moderatus, quin nihilominus rationis usum amittat; at ebrietas tam in primo, quam in secundo casu est illicita (D. Thom. 2. 2. quæst. 150, art. 2.), seculus ad mortem vitandam omnia liceret peccata committere. Non est de se necessarius potus ad violentam mortem vitandam, nec naturalis hic est ipsius effectus.

Si voluntaria sit ebrietas, & homo in ebrietate aut blasphemare soleat, aut alios lædere, aut simile quidpiam committere, ebrietas hæc peccata non excusat, imo aggravat (ibid. art. 4.). Clericus ebrius alium occidens irregularitatem ex delicto incurrit.

Initi

sum in omnibus Christianis, ac in Clericis præcipue Ecclesia detestatur. Unde Innocentius III. in Concilio Lateranensi can. 15. ita statuit: *Abstinentia, & ebrietate omnes Clerici diligenter abstineant; unde vinum sibi temperent, & se vino. Nec ad bibendum quispiam incitetur; cum ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis provocet incentivum. Unde illum ab usum penitus decernimus abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus æquales suo modo se obligant potatores: & ille iudicialium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fecundiores exhaurit. Si quis autem super his se culpabilem exhibuerit, nisi a Superiore communitus satisfecerit, ab officio, vel Beneficio suspendatur.*

Initi in ebrietate contractus sunt invalidi; in ebrietate contractum matrimonium est nullum. Nec, si quis cum ebrio ludat, pecuniam ex hoc lucrari potest; ebrius enim in hoc casu amens æquiparatur.

Quinque, ut ait divus Thomas, sunt gulae, *inepta lætitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, & hebetudo mentis circa intelligentiam* (2. 2. quæst. 148. art. 6.). Mentis hebetudo gulae & ebrietatis potius est pœna, quam specialiter peccatum, nisi forte hominem ad sua obeunda munera ineptum reddat: veluti si medicus ad sibi veniendum ægroto ineptus evadat, aut advocatus ad sui clientis causam tuendam. *Inepta lætitia* est iis delectari, quibus non oportet, quemadmodum solent ebrii: hæc de se veniale peccatum est, nisi materiae gravitas reddat mortale. *Multiloquium* non est de se mortale peccatum, nisi graves in proximum contumeliæ, in Deum blasphemix, aut obscœna verba proferantur. At in ebrietate graves plerumque contumeliæ & blasphemix proficiscuntur.

Scurrilitas ridicula, & inhonesta verba, & actiones complectitur; quæ si ob carnalem voluptatem fiant, lethaliter peccatur; si vero dumtaxat fiant ad risum excitandum, ut in ebriorum actionibus usuvenit, peccatur solum venialiter.

Immunditia aut obscœnitas tunc committitur cum quis ad vomitum usque se ingurgitat. Mortale est peccatum; si adsit scandalum, aut si sanitas graviter lædatur; potest enim ex repletionem stomachi vel infirmitate hic vomitus oriri; at si

ex immoderato potu oriatur, grave est peccatum, & circumstantia aggravans.

Denique Dei filius crapulam & ebrietatem expresse prohibet: *Attendite* (inquit *Luce 21.*) *vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula, & ebrietate.* Apostolus quoque hæc vetat inquam: *Sicut in die honeste ambulemus, non in comessationibus, & ebrietatibus* (*Rom. 13.*). Alibi ait: *Neque fures, neque ebriosi regnum Dei possidebunt* (*1. Cor. 6.*). Et rursus inquit: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria* (*Ephes. 5.*). Græcus textus pro luxuria habet *αἰσωρία*, quæ vox omnem contra honestatem actionem complectitur. Ebrietatem sacræ Litteræ ubique detestantur, & hinc hominibus hujus vitii horror est incutiendus, quod Ethnicorum Ethica damnat, in hoc magis honesta quam recentiorum aliquot Casuistarum Moralis, qui ebrietatem voluptatis solius causa ad vomitum usque permittunt. Sapiens inquit: *Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas: quicumque his delectatur, non erit sapiens* (*Prov. 22.*). Osee vero Propheta ait: *Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor* (*cap. 4.*) (a).

CAPUT

(a) Gulosi, aut Ebriosi emendationem aspirante Deo Confessarius procurabit, si in illo salutarem tum erga Superfluitatem; tum erga socios compotatores aversionem excitarit. Facile id efficiet, si energice eidem exponat 1. *Damna animæ*, quæ sunt intellectus hebetudo, mentis distractio, ac mutabilitas; *Divinæ gratiæ*, & *æternæ felicitatis jactura*: 2. *Damna corporis*, qualia sunt membrorum

CAPUT VII.

Invidiæ notio, variique modi.

Invidia (inquit sanctus Thomas 2. 2. *quæst.* 3. art. 1.) est, *tristitia de bono proximi, pro proprio malum æstimatur, & diminutivum proprii boni.* Porro de bono proximi multipliciter tritari possumus. Primo si aliquod inde malum nobis eventurum timemus; veluti cum aliquis dignitatem quampiam obtinet, unde nobis nosse potest. Secundo de alterius bono tritari possumus, cum hunc æstimamus indignum; sic boni de malorum prosperitate tristantur, quæ tristitia *indignatio* vocatur. Tertio de aliorum bono tritari possumus, quia hoc alii obtinent, & nos caremus; quæ tristitia *zelus* appellatur. Quarto de aliorum bono tristamur, cum aliorum malum dumtaxat cupimus; & hoc vocatur *odium*. Quinto de proximi bono dolere possumus, quia majus eidem bonum optamus; veluti si de temporalis malorum felicitate doleamus, qua in Deum injuriam abutuntur; & hæc tristitia vocatur *contumeliositas*. Sexto ex zelo tritari possumus, cum videri gratia indignum beneficio affici videmus. Verum *invidia propria tristitia illa est, quæ ex aliorum*

brorum languor, virium decrementum, infirmitatum vicissitudo, ac præmatura mors: 3. *Damnum Oeconomix.* Rarius enim suscipitur, minusque succedit labor; minuuntur recepta, augentur expensa; ad ruinam vergunt omnia. Hinc 4. *Creditorum concursus, servorum gemitus, uxorum lamenta, parvulorum fletus, quia petierunt preteritum, & non est, qui frangat eis in damnum presentem, ac patris confusionem sempiternam.*

rum bono proficiscitur, prout hoc revera, aut
specietenus nostrum imminuit: si tristitia hæc
magna sit, si in voluntate sistat, si ex bono aliquo
eximio oriatur, mortale est peccatum.

Invidiæ malignitatem mirabiliter Sapiens de-
clarat inquiens (*Sap. 2.*): *Invidia diaboli mors
introivit in mundum.* Enim vero ideo primum
hominem dæmon tentavit, quia in eo illum loco
ab initio positum vidit, unde ipse exciderat. Pro-
pter hoc præcipue peccatum, inquit sanctus Au-
gustinus, malus est dæmon, & propter hoc in
æternum punietur: hinc diabolum invidi proprie
imitantur, nihilque magis Evangelii spiritui ad-
versatur, qui caritatis spiritus est, quæ de pro-
ximi bono lætatur, sicut de malo dolet. Carni-
fice alio non est opus, ut invidia puniatur, & ab
his angue pejus timeatur, qui animi tranquillita-
tem amant. Amatorum mundi hoc vitium est,
qui de illo non cogitant, nec se accusare sunt
solliciti. Fæminis etiam peculiare illud est, quæ
pulehræ haberi, & audire vehementer cupiunt.
De invidia (inquit sanctus Gregorius *Moral.*
lib. 31. cap. 31.) *oritur odium, susurratio, de-
tractio, exultatio in adversis proximi, & afflictio
in prosperis: si grave sit malum proximi, de quo
lætamur, tunc mortale peccatum committi-
mus (a).*

CAPUT

(a) Confessarius apta contra invidiæ livorem re-
media subministraturus Invidio exponere adlabo-
ret. 1. Diabolicam hujus vitii malitiam; nam in-
vidia diaboli mors introivit in orbem terrarum,
imitantur autem eum, qui ex parte illius sunt
(*Sap.*

CAPUT VIII.

Acediæ natura, malique furculi.

Acedia ultimum inter capitalia peccata locum obtinet; estque torpor, seu negligentia erga cælestia, & spiritualis boni displicentia. Acediæ nomen a græco *ἀκνδία* oritur, quod sine cura & labore significat. Spirituale hominis bonum est beatitudo, & quidquid ad illam obtinendam proficit, est, veluti caritas, bona opera, Dei præcepta, & Sacramenta. Tripliciter hæc bona spectari possunt; prout a Deo bonorum omnium auctore proficiscuntur, vel prout reperiuntur in aliis. De spirituali bono tristiciari, prout a Deo proficiscuntur, cujus potentia & misericordia declaratio alicui sit invisibilis, proprium est damnatorum vitium. De spirituali bono, quod in aliis reperitur, tristitia est proximo debitam caritatem lædere. Porro potest aliquis de omnibus omnino spiritualibus

(*Sap. 2.*). 2. Invidiorum *miseriam*, qui invidia rubiginis veluti ferrum consumuntur. Bonum, quod invident, ipsi non acquirunt, nec alii propter illud amittunt: 3. Rerum terrenarum *vanitatem*, quæ mentem ad Superna aspirantem tristem, & inquietam reddere nequeunt. Unde juxta *Job* non fortem vitium; sed ignavum invidia superat. *Parvulum occidit invidia (cap. 5.)*: 4. Exercitium Gaudii de prosperitate proximi, quem Deo jubente sicut semet ipsum diligere tenetur: 5. Frequentem ac quotidianam orationem pro iis, quibus invidet, utpote qui ejusdem corporis membra, ejusdem Patris filii, ejusdemque æternæ felicitatis hæredes esse creduntur. Vid. *Natalis Alexandri lib. 3. de Peccat. art. 3.*

III. *Acedia natura, malique surculi.* 287

bonis dolere, & optare, ut nulla essent, vel nobis non essent promissa, quia labore, & bonis operibus sunt comparanda. *Acedia* (ait divus Thomas 2. 2. *quæst.* 35. *art.* 3. & 4.), *quæ tristitia est perfecta de spirituali bono divino, peccatum morale ex suo genere est, cum caritati adversatur;* quando videlicet eidem voluntas assentitur, & gravis adest materia. *Acediæ effectus, seu filia sunt malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor circa præcepta, ac mentis evagatio.* Primo *desperatio*, qua finem suum ultimum consequi homo desperat. Secundo *pusillanimitas*, qua egre perfectionis consilia sectamur. Tertio *torpor circa præcepta*, quo, quæ nostri sunt officii, negligimus. Quarto *malitia*, qua cupit homo, ut nulla sint spiritualia bona, nec religio, nec gehenna, & bona opera se fecisse dolet. Quinto *rancor erga illos*, qui nos ad virtutum exercenda opera hortantur. Sexto *mentis evagatio*, qua ad actiones nostras non attendimus; veluti cum sine attentione divinum recitamus Officium, aut Missæ interfumus: de his alibi prolixius agemus. Ex mundi dilectione hæc vitia nascuntur, propter quam cælestia despiciamus. *Nemo potest* (inquit Christus *Matth.* 6.) *duobus dominis servire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum suslinebit, & alterum contemnet.* Adversus hoc vitium illam Christi sententiam considerandam Confessarii proponant: *Estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet* (*Luc.* 12.); Ex quo liquet, vero Christiano neque negligendum esse, neque dormitandum, ut cum Dominus ejus venerit, salutem suam operan-

rantem, & paratum inveniat. Præterea æternæ beatitudinis *excellencia* serio est inculcanda, per quam adipiscenda nimius nullus potest esse labor. Proderit quoque Christi exemplum subdicere, qui in laboribus fuit a juventute; Sanctorum pariter exemplum, qui laboribus & pœnitentiis Christum sunt imitati (a).

CAPIT

(a) Acedia gravis latere diu non potest: manifestis brevi se signis prodit. Acediosus enim homo spiritualia quævis exercitia perfunctorie, & absque ordine peragit; non ut Deum honoret, præceptum adimpleat, sed ut pœnitentiam evitet, infamiam declinet. Ecclesiam adit sine intentione; psallit, orat sine attentione; confitetur sine emendatione; communicat sine fructu, & devotione. Moderna vivendi ratio contentus altiorem virtutis gradum haud quaerit. Erga mortalia peccata horrorem qualitercumque ostendit; venialia spernit, & audaciter committit: Cum Piis, ac Timoratis ægre, cum Vanis, ac nugacibus libenter conversatur. Per variis discursibus, ac libellis fallacia sibi principia congerit, quibus sua vitia virtutum faciem colorat; dignus proinde, ut ex ore Dei evomat, sibi que relictus obcæcatorum, ac reproborum congregetur cumulo. Omnes consuetudinarii, & maximi quique peccatores acedia morbo decumbunt, nec ulla reconvalescentiæ spes affulget, nisi prius Acedia, quæ omnem ad spiritualia appetitum corrumpit, per apta remedia destruat. Remedia acediosum phlegma propulsantia sunt. 1. Humilis, ac frequens oratio, utut hæc ab infidelibus desipiat. 2. Horror etiam venialium. 3. Divinitus præparata Majestatis, Bonitatis, cæterorumque Dei

CAPUT IX.

Omissionis, & peccati alieni explicatio.

Quæ opere complentur peccata adeo sunt manifesta, ut facile dignosci possint, & de his se quisque passim accuset: at non adeo facile omissionis peccata cognoscuntur. Ad ea plerumque non attendimus, neque de iis nos accusamus; cum tamen periculosa sæpe sint, & propter illa plerique hominum damnentur. Variis hominum status Dei providentia in orbe instituit, ut humana firmaretur societas: quare unusquisque (ut ait Apostolus 1. Cor. 7.), in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Verum ut in vocatione nostra salvemur, munera vocationis nostræ debemus exequi. Potest igitur aliquis, si ejus dumtaxat spectetur persona, non solum culpa vacare, sed virtutibus quoque clarere; qui propter officium suum a Deo damnabitur, si ea, quæ statum suum decent, non impleverit: de his præcipue peccatis in divino judicio erit quæstio. Fideles omnes unum sunt corpus, cujus singuli membra sunt: non omnia vero in corpore membra eundem actum habent; oculus videt, auris audit, gustus sapes discernit, reliqua pariter suum singula actum habent. Quod si secus fieret,

butorum consideratio. 4. Menstrua saltem Sacramentorum susceptio. 5. Pia Lectio, nec non laboriosæ vitæ Christi, ac dolorosæ passionis recollectio. 6. Laboris brevitás, & Mercedis æternitás &c. matutino tempore bene perpensa &c.

Godan Theol. Mor. Pars I.

T

ret, cuncta vehementer in corpore turbarentur corpusque ipsum tandem periret. Idem de politico seu ecclesiastico corpore est affirmandum in his variæ sunt personæ, quarum singulæ officium suum & munus habent. Oportet ergo, quisque suo fungatur munere; secus scindetur corpus, & a Deo institutus ordo turbabitur. Princeps sibi subditos recte debet regere: si munus suum negligat, nec justitiam recte administrari curet, malorum proculdubio reus erit, qui rempublicam propterea vexabunt. Quod si pius esset veluti Angelus, aut pietate eximius damnaretur nihilominus in iudicio, quia quem admodum bonum Principem decet, regnum suum diligenter non fuerit moderatus. Idem pariter de cæteris officiis statuendum est: quo quisque aliis eminet, quo nobiliora & graviora sunt munera, eo majora, majorique digna sunt supplicia omissionis peccata. Quamobrem Confessarii eorum muneribus pœnitentes diligenter interrogant, præcipue si de nullo omissionis peccato accusant. Verum singulorum obligationes prævis mundi regulis minime metiantur, neque novos nullos novos Casuistas sequantur, qui tam facile hominum obligationes abrogant, neque harum normam ab Evangelio, aut saniori Theologia capiunt, sed ab avara, aut carnali politica. Multa pleraque, quibus orbis premitur, inde proficiunt, quia non exacte suo quisque munere fungitur, vel negligentia, vel ignorantia, aut contumacia, vel variis cupiditatibus præpeditus. Religiosi plerique homines vehementer errant, dum plura supererogationis opera exercentes, illa omittunt.

tunt, quæ statui suo conveniunt; quibus id est
reperendum, quod Pharifæis Dominus exprobra-
bat (*Matth. 23.*). *Hæc oportuit facere, & illa*
non omittere. Ambigi quoque potest, an mole-
stum minus esset hominem, qui publica munera
sive ecclesiastica sive politica sustinet, privatis vi-
tiis urgeri, nec vero muneri suo deesse; an vero
cum privatis vacet vitiis, munere tamen suo ex-
acte non fungi: verum utrumque hoc malum est
evitandum, siquæ actiones nostras moderari
oportet, ut patrifamilias & vitæ nostræ & traditi
nobis muneris rectam reddere rationem pos-
simus.

Illam vocamus *aliena* peccata, quæ non ipsi pa-
triamus, sed ideo nobis imputantur, quia peccan-
di causam vel occasionem aliis tribuimus: horum-
que a Deo veniam orabat Psalmista inquiens: *Ab*
alienis parce servo tuo (*Psal. 18.*); hæc vero
cavere suam Timotheum, & nos hortatur Apo-
stolus, dum ait: *Ne comunicaveris peccatis alie-*
nis (*1. Tim. 5.*). Novem omnino modis alienis
communicamus peccatis, eorumque participes ef-
ficimur. 1. *Consilio*, cum alios ad peccandum
hortamur, aut docemus: sic peccant hæresum
aut schismatum duces, aut novarum deliciarum
inventores. 2. *Jussu & auctoritate*, cum Prin-
ceps aut Superior alicui peccatum jubent. 3.
Consensu, de quo ait Apostolus: *Digni sunt mor-*
te non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consen-
tiant facientibus (*Rom. 1.*). 4. *Hortatione* aut
suasione, quando videlicet alios ad peccandum
hortamur, aut peccare suademus: sic Jobi uxor

peccavit, quæ illum ad blasphemandum provocabat. 5. *Adulatione*, aut laudibus, quibus peccatum aut peccantem celebramus; sicut Psalmista inquit: *Laudatur peccator in desideriis animæ suæ* (Psalm. 9.): hinc per Isaiam populum Israel Deus alloquitur: *Popule meus, qui te beatum dixerunt, ipsi te decipiunt* (Isaia 12.). 6. *Silentio*, quando peccantem non monemus, nec peccati arguimus. Pastorum hoc vitium est, qui canes muti sunt latrare non valentes, quos per Ezechielem sic Deus increpat: *Si dicente me ad impium, Morte morieris, non annuntiaveris ei, sanguinem ejus de manu tua requiram* (Cap. 3.). Patrum, ac dominorum hoc vitium est, qui filios & famulos non corrigunt, cum peccant. 7. *Inobedientia & impunitate*, quando auctoritate non utimur ad punienda peccata. Principum hoc & Magistratum vitium est, qui nimia benignitate impunita in populis peccata relinquunt. 8. *Criminis participatione*, de qua inquit David: *Si videbas furem, currebas cum eo; & cum adulteris portionem tuam ponebas* (Psalm. 49.). Hinc satis prava confutatur doctrina recentium aliquorum Casuistarum, qui famulis & ancillis permittunt amatorias litteras perferre, & dominos dominisque suas in eorum patrandis peccatis juvare. dummodo tamen peccatis hisce non communicent, & solum dominis servire intendant, ne de ministerio expellantur. Quasi vero ob temporale emolumentum iis liceret peccantes juvare ea servitate, quæ peccato est conjuncta, & hinc legi non subderentur, quæ damnat non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. (Rom.

(Rom. 1.) (a). 9. Denique quando aliena peccata defendimus, & peccantes tuemur, aut fovemus auctoritate, sicuti Magnates faciunt, qui gravium reos criminum protegent, & contra juridicam perquisitionem iis asylum domi suæ præbent; id quoque faciunt interdum Magistratus, qui sua utuntur auctoritate ad reos enormium criminum absolvendos; idque præcipue committunt mali Presbyteri, qui absolvendi facultate abutentes in vitiis suis homines perseverare permittunt, & universæ diœcesi scandalum creant. His decimum adde modum alienis peccatis communicandi, malo videlicet exemplo.

(a) Horum opinionem Innocentius XI. proscripsit, dum hanc num. 51. propositionem damnavit: *Famulus, qui submissis humeris scienter adjuvat herum suum ascendere per fenestras ad stuprandam virginem, & multoties eidem subservit, deferendo scalam, aperiendo januam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta, ne a Domino male tractetur, & torvis oculis aspiciatur, ne demo expellatur.*

